Die *appellatio* aber nimmt dabei Buridan nicht, wie Occam (Anm. 875), als eine Modification der Supposition, sondern weist darauf hin, dass die beiden durchaus nicht an Einem und demselben Terminus zugleich sich finden müssen [100]). Hierauf theilt er die *vox significativa* in *incomplexa* und *complexa* ein und erwägt bei ersterer die Möglichkeit, im Subjecte oder im Prädicate zu stehen, wobei er die einfältige Behauptung ausspricht, dass Nichts Subject sein könne, was nicht auch Prädicat sein könne; und nicht viel besser ist der Einfall, dass es neben den categorematischen und den syncategorematischen Worten noch eine dritte Art gebe, welche als „*mixta*" diese beiden Charaktere in sich vereinige, wie z. B. *hodie, alicubi, nemo, nihil* u. dgl. [101]). Die *complexa* hingegen, welche als solche bereits den Namen „*oratio*" erhält, ist als *perfecta* eben das logische Urtheil, als *imperfecta* aber eine blosse grammatische, in vier verschiedenen Weisen auftretende Wortverbindung innerhalb eines Satzes [102]). Diese Angabe aber über die *complexio* erhält anderwärts eine eigenthümliche und von Späteren adoptirte Wendung; nemlich die *complexio* sei entweder „*distans*", insoferne die Verbindung zweier Termini durch die dazwischentretende Copula vermittelt sei und somit ein Urtheil entstehe, oder sie sei „*indistans*", insoferne declinirbare Satztheile nur untereinander selbst verbunden sind, und auch diese letztere Complexion könne affirmativ oder negativ sein (z. B. *homo albus — homo non albus*), und desgleichen könne es vorkommen, dass eine derartige Verbindung, wie z. B. „*locus non repletus corpore*", suppositions-unfähig sei, und daher das Gleiche auch von einem etwa dafür gewählten ein-

---

solus talis et omnis talis terminus est natus supponere, qui aliquo demonstrato per hoc pronomen „hoc" .... potest vere affirmari de illo. .... Verificatio autem differt a suppositione, quia verificatio proprie est propositionis et non termini, sed suppositio est termini et non propositionis. ..... Si sit terminus distributus, oportet verificationem esse pro omnibus, pro quibus supponit.

100) Ebend.: *Appellatio autem differt a suppositione, quia est dare terminum supponentem et non appellantem, sicut .... „animal", et est dare terminum appellantem et non supponentem, ut „vacuum"* (vgl. Anm. 103), *et est dare terminum supponentem et appellantem, ut .... „homo albus" ..... Terminus enim omnis pro aliquo supponens et aliud, pro quo non supponit, significans appellat omne, quod significat aliud ab eo, pro quo supponit, per modum adiacentis ei, pro quo supponit.*

101) Ebend.: *Vocum significativarum ad placitum ..... quaedam sunt incomplexae, quae vocantur dictiones, et quaedam complexae, quae vocantur orationes ..... Incomplexarum aliae sunt subiicibiles et praedicabiles per se ....., aliae neque subiicibiles neque praedicabiles, ut „non", „ergo", ... aliae praedicabiles et non subiicibiles, ut „quodlibet", „omne", ... „albus". ....., sed nullae sunt subiicibiles, nisi sint praedicabiles* (also Buridan denkt nicht daran, dass schon nach aristotelischer Lehre die Einzeln-Individuen nicht Prädicat sein können). *Item vocum incomplexarum quaedam sunt categoreumaticae, quaedam syncategoreumaticae, et quaedam mediae seu mixtae ..... Dicuntur mixtae, quia vel significant praeter conceptus, quos immediate significant, res illis conceptibus conceptas, sed non sunt per se subiicibiles et praedicabiles, vel quia implicant categoreumaticas et syncategoreumaticas, ut „fortis* (wohl zu lesen *forte*), *hodie, alicubi, nemo, nihil, secum" et multa alia.*

102) Ebend.: *Vox complexa, quae dicitur oratio, alia est perfecta, alia imperfecta ..... Imperfectarum quaedam sunt complexae ex verbo et determinatione verbi sine nominativo, ... ut „currit velociter" .....; aliae ex nomine substantivo recto categoreumatico et aliquo alio apposito per modum determinationis, ... ut „asinus Roberti" .....; aliae ex pluribus substantivis aliqua coniunctione coniunctis, ut „homo et equus" .....; aliae ex solo categoreumate et syncategoreumate, ut „non homo".*

fachen Terminus, z. B. „*vacuum*“ (ebenso auch entsprechend z. B. bei *chimaera*) gelten müsse [103]). In der *Summula* aber gibt Buridan sodann vorerst eine Anzahl ziemlich einfältiger Regeln über die Befähigung der Termini, Subject oder Prädicat zu sein, wobei er besonders auf jene obigen vier Arten der *imperfecta complexio* Rücksicht nimmt [104]). Hierauf erst macht er sich an die Eintheilung der Supposition, wobei er zunächst mit Occam (Anm. 876 u. 891) die Unterscheidung in *propria* und *transsumptiva* (d. h. metaphorische) an die Spitze stellt [105]), mit derselben aber jene zweite Eintheilung parallel laufen lässt, nach welcher die Supposition, unter Ausschluss der occam'schen *simplex* (ebd. Anm. 877 f.), nur in *materialis* und *personalis* zerfällt; letztere, bei welcher die Supposition auf „*ultimata significata*“ geht, wird wieder in zwei nebeneinander laufende Eintheilungen geschieden, nemlich einerseits in

---

103) *In Metaph.* IV, qu. 14, f. XXIII v. A: *Terminus mentalis complexus aliquando pro nullo supponit, et similiter terminus vocalis a tali conceptu complexo sumptus aliquando pro nullo supponit, quamvis sit incomplexus secundum vocem, sicut isti termini „chimaera“ et „vacuum“ ..... Est duplex complexio conceptuum: una potest vocari distans, alia indistans. Distans vocatur, quando in propositione praedicatum complectitur cum subiecto mediante copula affirmative vel negative; ..... indistans vocatur, quando adiectivum complectitur cum substantivo sine copula media, et etiam potest fieri affirmative aut negative ......* (B) *Ista oratio, sive mentalis sive vocalis, „locus non repletus corpore“ pro nullo supponit, nec per consequens illa dictio „vacuum“ ...... Ita est de isto termino „chimaera“; est enim descriptio „Compositum ex impossibilibus componi“.* (Das Gleiche betreffs „*vacuum*“ s. auch *Super Eth. Nic.* VI, qu. 6, f. CLIV v. A, u. vgl. Gregor v. Rimini, ob. Anm. 39). *In Metaph.* VI, qu. 6, f. XXXVII v. B: *Complexio debet distingui duplex: una vocatur indistans, alia distans. Indistans est, prout determinatio complectitur cum suo determinabili sine copula verbali mediante; ...... et hoc potest fieri componendo vel dividendo; et vocatur compositio, si sit modo affirmativo, ... ut „homo albus“, et vocatur divisio, si sit modo negativo, ... ut „homo non albus“. Modo ergo composito indistans dicitur habere convenientem correspondentiam, si res significata per determinationem sit eadem cum re, pro qua determinabile supponit, vel si ei adiaceat; et tunc illa compositio dicetur vera. ..... Et e converso esset dicendum de divisione indistante.*

104) *Summ.* a. a. O.: *Nunc dividendae sunt voces, quae possunt subiici vel praedicari, ab illis, quae non possunt, vel etiam, quae possunt supponere, ab illis, quae non possunt; et de hoc ponendae sunt regulae:* 1) *Omnis terminus possibilis supponere potest subiici, ... sed non convertitur. ....* 2) *Nulla dictio pure syncategoreumatica potest subiici vel praedicari per se. ....* 3) *Nullum nomen obliquum potest subiici vel praedicari per se.....* 4) *Nullum verbum potest subiici vel praedicari per se, nisi verbum infinitivi modi ......* 5) *Omne substantivum rectum vel etiam adiectivum rectum in neutro genere substantivatum potest subiici vel praedicari ....* 6) *Nulla perfecta oratio potest subiici vel praedicari. ....* 7) *Nulla oratio imperfecta primo modo potest subiici vel praedicari, nisi sit infinitivi modi .....* 8) *Omnis oratio imperfecta secundo modo potest subiici vel praedicari.....* 9) *Oratio imperfecta tertio modo potest, ... sed forte non omnis talis .....* 10) *Oratio imperfecta quarto modo potest praedicari, sed non omnis talis potest subiici, nisi syncategoreuma sit negatio infinitans .....* 11) *Nulla imperfecta secundo modo potest supponere, si illud, quod positum est per modum determinationis, repugnet substantivo .....* 12) *De omni dictione, cui correspondet conceptus complexus, dicendum est, sicut de oratione, cui aequivalet .....* 13) *Omne substantivum rectum, cui correspondet conceptus simplex, potest supponere ....* 14) *Omne nomen infinitum, quod potest esse subiectum vel praedicatum, potest supponere.*

105) Ebend.: *Quaedam suppositio est propria, et quaedam impropria seu transsumptiva; propria dicitur, quando vox supponit secundum suam significationem sibi communiter institutam; impropria est, quando supponit secundum significationem alterius vocis ex transsumptione propter similitudinem vel ironiam aut huiusmodi aliam causam.*

communis und *discreta*, und andrerseits in *absoluta* und *relativa*; ebenso verfährt er abermals mit der *communis*, indem dieselbe einerseits in *naturalis* und *accidentalis*, andrerseits zugleich in *confusa* und *determinata* getheilt werden soll, deren erstere in *distributiva* und *confusa tantum* zerfällt [106]). Sodann spricht er ausführlich über die Veranlassungen, aus welchen die *confusa distributiva* hervorgehen kann, wobei er ausser den Negationen die Comparative und Superlative und ähnlich wie Occam (ebd. Anm. 887) auch die Worte „*incipit, desinit, differt*" u. dgl. aufzählt [107]); in entsprechender Weise folgen die Veranlassungen der *confusa tantum*, wobei unter Anderem die occam'schen Beispiele „*bis*" und „*hic et Romae*" (s. ebd. Anm. 889 u. 879), sowie besonders wieder die Ausdrücke der juristischen Stipulation (ob. Anm. 60) erscheinen [108]). Die verschiedenen Arten der Supposition werden hierauf

106) Ebend.: *Aliter dividitur suppositio in materialem et personalem; et vocatur personalis, quando .... supponit pro suis ultimatis significatis; .... sed materialis dicitur, quando vox supponit pro se aut pro sibi simili aut pro suo significato immediato, quod est conceptus ..... Suppositio personalis dividitur in communem et discretam ..... Item dividitur suppositio personalis in absolutam, quae fit per terminum absolutum, et in respectivam sive relativam, quae fit per terminum relativum. Communis suppositio solet dividi in .... naturalem et ... accidentalem. Naturalis vocatur, secundum quam terminus indifferenter supponit pro omnibus, pro quibus potest, tam praesentibus et praeteritis quam futuris; et hac suppositione utimur in scientiis demonstrativis. Accidentalis vocatur, secundum quam terminus supponit solum ..... secundum exigentiam verborum; ..... et hac utimur in sermonibus historiographis, qua etiam maxime utuntur sophistae. Item suppositio personalis communis dividitur in confusam et determinatam ..... Vocatur determinata, ... si necesse sit ad veritatem, quod ipsa sit vera pro aliquo determinato supposito .... Sed vocatur confusa, si propositio possit esse vera absque hoc ...... Confusa dividitur in .... distributivam et non distributivam, quae solet vocari confusa tantum. Distributiva est, secundum quam ex termino communi potest inferri quodlibet suorum suppositorum seorsim vel etiam omnia simul copulative ...... Sed confusa tantum est, secundum quam non sequitur aliquod singularium seorsim retentis aliis nec singularia disiunctive.*

107) Ebend.: *Multae autem sunt causae confusionis distributivae:* 1) *Signum universale affirmativum distribuit terminum immediate sequentem .....* 2) *Negatio negans distribuit omnem terminum communem sequentem eam .... et nihil distribuit, quod praecedit eam.* 3) *Terminus communis distribuitur per negationem infinitantem ipsum. .....* 4) *Per comparationem distribuitur .... ablativus sequens, ... et similiter mediante dictione „quam" distribuit nominativum sequentem; ..... similiter etiam secundum nomen positivi gradus mediante hac dictione „sicut". ..... Adhuc superlativus gradus .... distribuit complexum ex substantivo suo et relativo diversitatis, ... ut „homo est fortissimus", quia est omni alio homine fortior .....* 5) *Fit distributio per multas dictiones implicantes in se vel in suis exponentibus negationes, sicut sunt verba privativa aut relativa diversitatis aut ista verba „incipit, desinit, differt" aut istae dictiones „sine, praeter, solus".*

108) Ebend.: *Etiam multae sunt causae confusionis non distributivae:* 1) *Signum universale affirmativum confundit non distributive terminum communem sequentem ipsum non immediate. .....* 2) *Terminus communis confunditur non distributive per duplex distributivum antecedens ipsum, quorum utrumque sine reliquo distribueret ipsum, ut si dico „Nullus non homo currit" .....* 3) *Ponuntur quaedam specialia confundentia sine distributione terminos sequentes se, sicut termini, qui respondentur ad „quoties", ut „ter, quater"; ..... etiam copulatio de praedicamentis „quando" et „ubi" habet potestatem sic confundendi, ut „Hodie et heri bibi vinum" vel „Parisiis et Romae venditur panis" ....* 4) *Ista verba „scio, intelligo, cognosco" .... confundunt sine distributione; ..... ita etiam, si debeo tibi equum, non sequitur „igitur debeo tibi favellum" vel „debeo tibi brunellum".*

in einundzwanzig Regeln zusammengefasst [109]), an welche sich im Anschlusse an Occam (vor. Abschn., Anm. 890) noch eine specielle Erörterung über die *suppositio relativorum* anreiht, wobei aber Buridan die Inconsequenz begeht, die *relativa diversitatis* eigentlich der Lehre von den Kategorien zuzuweisen, sie aber dennoch hier unter Benützung des Petrus Hispanus zu besprechen [110]).

---

109) *D. reg. supp.* Es darf jedoch um der diplomatischen Treue willen nicht unerwähnt bleiben, dass wir diese Regeln nicht völlig im Wortlaute des Buridanus selbst besitzen (— vielleicht gibt denselben die angebliche Londoner Ausgabe von 1640, welche mir aber nicht zur Hand ist —), sondern nur in der Form, in welcher sie Johannes Dorp (Anm. 54) in seinen Commentar verflochten hat. Hiernach lauten sie: 1) *Terminus discretus supponens pro suo significato ultimato supponit discrete.* 2) *Terminus materialiter sumptus restrictus per pronomen demonstrativum supponit discrete.* 3) *Subiectum propositionis particularis vel indefinitae supponit determinate.* 4) *Propositionis particularis vel indefinitae vel singularis affirmativae praedicatum supponit determinate.* 5) *Terminus supponens materialiter sumptus, cui non proponitur aliquod signum confusivum, supponit determinate.* 6) *Cuiuslibet propositionis totaliter universalis affirmativae totale subiectum supponit confuse et distributive pro omnibus individuis.* 7) *Terminus communis sequens negationem „non" negantem copulam supponit confuse et distributive.* 8) *Terminus infinitatus communiter tentus supponit confuse et distributive ratione negationis infinitantis.* 9) *Nomen sequens comparativum vel superlativum supponit confuse et distributive.* 10) *„Differt" facit ablativum sequentem mediante praepositione „a" distribuibilem supponentem.* 11) *Adverbia similitudinis faciunt terminos sequentes se supponentes distribuibiles.* 12) *Terminus communis, supra quem cadit immediate dictio exceptiva distribuibilis et supponens, supponit confuse et distributive vel confuse tantum.* 13) *Aggregatum ex recto et obliquo sequens immediate signum universale supponit confuse et distributive.* 14) *Determinatio et determinabile eodem modo supponunt.* 15) *Propositionis universalis affirmativae praedicatum, cui non additur aliquod confusivum, supponit confuse tantum.* 16) *Subiectum propositionis exceptivae, non impeditum aliunde, supponit confuse tantum.* 17) *Omnis terminus supponens communiter sequens mediate signum universale affirmativum cadens supra copulam supponit confuse tantum.* 18) *Terminus communis, super quem cadunt duo signa, quorum quodlibet seorsim habet vim distribuendi, in propositione particulari, indefinita vel singulari supponit confuse tantum, in propositione universali determinate.* 19) *Terminus communis sequens dictionem importantem actum animae interiorem* (wie z. B. *scio*, *cognosco*) *supponit confuse tantum.* 20) *Terminus sequens adverbium numerale supponit confuse tantum.* 21) *Terminus sequens copulatum ex terminis de praedicamento „ubi" supponit confuse tantum.*

110) *D. supp. rel.: Relativorum quaedam dicuntur relativa substantiae, alia dicuntur relativa aliorum praedicamentorum ..... Relativorum substantiae quaedam dicuntur identitatis, alia diversitatis .... Relativorum identitatis quaedam dicuntur reciproca, ... alia non reciproca. ..... Relativum identitatis solum refert suum antecedens pro illis eius suppositis, pro quibus erat verificatio categoricae, in qua ponebatur antecedens, ... et supponit vel sumitur in propositione, sicut suum antecedens. ..... Dictio „ille" non semper sumitur relative, imo aliquando demonstrative ..... et aliquando etiam antecedentaliter ad relativum „qui". ...... Relativum „se", ... si teneatur distributive, ... oportet descendere sigillatim, non enim sequitur „Omnis homo diligit se, ergo omnis homo diligit Socratem", sed bene sequitur „ergo Socrates diligit Socratem" ..... Relativum „suus" refert suum antecedens .... in genitivo casu. ...... Relativa „tale" et „tantum" indigent antecedentibus de praedicamento qualitatis et quantitatis, ... et non oportet, quod supponant pro eodem, pro quo supponunt antecedentia, sed sufficit, quod pro similibus ...... Relativa diversitatis solent poni „aliud, alterum, differens, diversum", sed mihi apparet, quod haec non sunt relativa, prout hic de relativis locuti sumus, sed sunt termini de praedicamento „ad aliquid", ... et ita etiam de hoc termino „idem".* Trotzdem aber folgt sogleich hernach die Regel der Exposition jener Urtheile, in welchen *„aliud"* verwendet wird, völlig nach Petrus Hispanus, s. Abschn. XVII, Anm. 266.

Die *appellatio* identificirt Buridan grundsätzlich mit demjenigen, was Occam (ebd. Anm. 917 ff.) als *connotativum* bezeichnet und durchgeführt hatte; in der näheren Darlegung aber greift er doch auf Petrus Hispanus (Abschn. XVII, Anm. 228) und die zunächst darauf folgende jüngere Formation (ebd. Anm. 601) dieser Lehre zurück [111]). Die *ampliatio* und die *restrictio* nimmt er nicht als eine logische Eigenschaft des Terminus selbst, sondern richtiger und schärfer, als es bisher geschehen war, als eine unter Umständen eintretende Modification der *suppositio* und *appellatio;* und in solchem Sinne spricht er vorerst von „*status*", d. h. dem Zustande, in welchem eine solche Modification nicht stattfindet, und macht hierauf die Fälle namhaft, in welchen *ampliatio* [112]) und in welchen *restrictio* eintrete, an welch letztere er noch die „*alienatio*" knüpft, welche entweder auf einer Ausschliessung der Präsens-Form des Urtheiles oder darauf beruht, dass ein Begriff grammatisch mit einem ihm Widersprechenden verbunden wird [113]).

---

111) *D. appell.: Termini omnino nihil connotantes ultra ea, pro quibus supponunt, non sunt appellativi proprie; sed omnis terminus connotans aliud ab eo, pro quo supponit, dicitur appellativus et appellat illud, quod connotat per modum adiacentis ei, pro quo supponit ...... Terminus appellativus semper appellat formam suam, sive ponatur a parte subiecti vel ante verbum, sive a parte praedicati vel post verbum. ..... Post appellat suam formam praecise pro tempore verbi. Ante, si verbum sit praesentis temporis et praedicatum non sit amplificativum, appellat formam suam praecise pro tempore praesenti; sed si verbum fuerit alterius temporis vel praedicatum fuerit amplificativum, tunc terminus ante verbum positus appellat formam suam indifferenter quasi disiunctive pro tempore praesenti et pro tempore verbi vel pro tempore, ad quod praedicatum ampliat ..... Magna est differentia quantum ad appellationes inter verba significantia actus animae cognoscitivae ..... et inter alia verba; ..... nam termini respectu verborum non significantium huiusmodi actus non appellant nisi res, quas ultimate significant vel connotant; ..... termini autem respectu verborum significantium huiusmodi actus, si sequantur illa verba, ... appellant rationes, secundum quas significant ..... Terminus substantivus obliquus appellat illud, pro quo suus rectus supponit per modum adiacentis ..... Termini „meus" et „tuus" appellant me et te tanquam adiacentes, ... et sic etiam „noster" et „vester" ....., et „suus" appellat illud, pro quo suum antecedens supponit.*

112) *D. ampl.: Ultimo dicenda sunt aliqua de ampliationibus et restrictionibus suppositionum et appellationum. Et oportet primo videre statum, secundum quem terminus nec dicatur ampliatus nec dicatur restrictus; ...... ille potest assignari, quando terminus praecise supponit vel appellat pro omnibus suis significatis praesentis temporis. ..... Terminus ultra statum ampliatur multipliciter:* 1) *Si ponatur in sua categorica ante verbum praeteriti temporis, ampliatur ad standum pro praeteritis, sive in supponendo sive in appellando, una cum praesentibus .....* 2) *Proportionabiliter ante verbum futuri temporis positus ampliatur ad standum pro futuris .....* 3) *Positus ante hoc verbum „potest" vel ante copulam propositionis divisae de possibili ampliatur ad standum pro possibilibus, licet non sint vel fuerint, unde haec est vera „Mons aureus potest esse tantus, quantus mons ventosus" .....* 4) *Idem est dicendum de termino posito ante copulam propositionis divisae de necessario. .....* 5) *Terminus ampliatur ad praeterita, futura et possibilia, si construatur cum verbo significante actum animae sive a parte ante sive a parte post ......* 6) *Nomina verbalia vel participia a praedictis verbis descendentia, si fiant praedicata propositionum, ampliant subiecta, sicut verba.*

113) Ebend.: *Terminus autem circa statum restringitur: ....* 1) *per determinationem sibi appositam convenientem sibi, sed non omnibus suppositis .....* 2) *Etiam adiectivum restringitur per suum substantivum, si conveniat aliis, quibus non convenit suum substantivum ...... Quando autem status termini non remanet, tunc nec am-*

Der hierauf folgende Abschnitt *De syllogismo* beginnt bezüglich des kategorischen Schlusses mit einer fast wörtlichen Wiederholung des Petrus Hispanus [114]). An einem anderen Orte aber betont Buridan auch betreffs der Syllogistik jene seine Ansicht (s. ob. Anm. 65), wornach dem Intellectus ein ewig bleibender Gehalt einwohnt; denn, wenn auch die Syllogismen in ihrer concreten Erscheinung ebenso auftreten und wieder verschwinden, wie z. B. die Objecte des Gesichtssinnes, so ist doch die innere Wahrheit richtiger Schlüsse ein Unvergängliches [115]).

Die modalen Syllogismen aber bilden auf occam'scher Grundlage auch hier den Gegenstand reichlichster Formulirung. Vor Allem wird auch für die Syllogistik jener nemliche grundsätzliche Standpunkt eingehalten, wornach der sog. *sensus compositus* nicht zur Modalität, sondern zu den Inhärenz-Urtheilen gehört, und sonach nur der *sensus divisus* übrig bleibt, welcher denn auch allein es ist, der in den folgenden Regeln berücksichtigt wird, da, wie ausdrücklich gesagt wird, nur er die modalen Unterschiede der objectiven Dinge selbst betrifft [116]). Nachdem hierauf der Wegfall der beiden Modalitäten „*verum*" und „*falsum*" dadurch begründet worden, dass in allen Figuren und Modi die Schlussfähigkeit die nemliche ist wie bei Prämissen, welche Inhärenz-Urtheile

---

pliatur nec restringitur, sed alienatur ita, quod terminus non amplius supponit vel tenetur pro praesentibus, ... sed solum pro futuris vel praeteritis ..... Suppositio et appellatio etiam aliquando alienantur ..... per negationem infinitantem; ..... et aliquando etiam tota termini suppositio removetur; et hoc fit dupliciter: uno modo per complexionem indistanter (s. Anm. 103) *positivam termini ad terminum, quorum terminorum unus non convenit alteri, ut „homo hinnibilis"; ..... alio modo per huiusmodi complexionem privativam terminorum, quorum unus de necessitate convenit alteri, ut „homo non risibilis".*

114) *Tract.* V, *D. syllog.* Vgl. Abschn. XVII, Anm. 179—189. Nur die Memorial-Verse, Anm. 181 u. 182, fehlen hier.

115) *Super Eth. Nic.* VI, qu. 6, f. CLIII v. A: *Scibile potest capi dupliciter: uno modo pro conclusione demonstrabili, alio modo pro re significata per terminos conclusionis ..... Si quaeratur de scibili pro conclusione demonstrativa, tunc iterum erit distinguendum, quum conclusio vel sumitur quantum ad suam realitatem vel quantum ad suam veritatem. Si quantum ad suam realitatem, tunc nulla conclusio debet dici aeterna vel necessaria plus, quam colores aut sapores, quia conclusiones de novo formamus tam in scripto quam in voce vel in mente, et ita incipiunt esse et desinunt, sicut colores et sapores. Si vero conclusio capiatur quoad eius veritatem, ... omnis conclusio est vera, quandocunque proponitur ita, quod non possit esse falsa; ..... hoc igitur modo dicendum, quod scibile ..... est aeternum, necessarium, impossibile aliter se habere, incorruptibile ......* (B) *Si autem loquamur de scibili pro re significata, ... sunt diversae opiniones etc.*, d. h. über *esse* und *essentia*, sowie über die Universalien, s. obige Anm. 71 u. 64 f.

116) *Summ.* a. a. O., *D. syll. mod.: Quaedam vocantur modales divisae, ... aliae vocantur compositae* (s. ob. Anm. 76 u. 83) ..... *Isti termini „necesse, possibile, contingens" aliquando sumuntur, prout sunt differentiae entium, ...; aliquando autem, ut appropriate sunt differentiae propositionum, ... et sic debent sumi in propositionibus, quas vocamus modales compositas, et debet in eis praedicari modus et subiici dictum vel e converso. ...... Propter syllogismos ex modalibus divisis oportet rememorari, quod in propositionibus divisis in modis „possibile, necessarium, contingens" subiectum ampliatur ad supponendum non solum pro his, quae sunt, sed pro his, quae possunt esse ...... Item in talibus divisis negativae sunt aut, quia negatio cadit supra modum, ... vel quod sequitur modum.*

sind [117]), folgen vorerst die Syllogismen aus zwei Möglichkeits-Urtheilen [118]), aus zwei Nothwendigkeits-Urtheilen [119]), aus zwei Zufälligkeits-Urtheilen [120]) und — unter Auslassung der Unmöglichkeits-Urtheile — aus zwei Urtheilen, welche die Modalität „*scitum*, *opinatum*" u. dgl. enthalten [121]). Indem aber hierauf sich die verschiedenen Combinationen der Prämissen anreihen sollen, werden zunächst allgemeinere Regeln gegeben, welche eigentlich der Lehre von *Consequentiae* angehören [122]); und sodann folgen: ein Inhärenz- und ein Möglichkeits-Urtheil [123]), ein Inhärenz- und ein Nothwendigkeits-Urtheil [124]), ein Inhärenz- und ein Zufälligkeits-

---

117) Ebend.: *Quaecunque praemissae inferunt conclusionem sine additione modorum, eaedem inferunt eandem cum modis veri et necessarii ..... Item quaecunque praemissae inferunt conclusionem sine additione modorum, contradictoriae praemissae inferunt contradictoriam conclusionem cum modis falsi et impossibilis ...... Non oportet, si aliquae praemissae inferunt conclusionem sine modis, quod eaedem inferunt eandem cum modis ,,possibile, contingens, scitum, creditum, opinatum". ...... Propositiones de vero et falso in sensu diviso aut nihil valent aut valent illas de inesse; ideo ..... proportionabiliter syllogizatur ex eis.*

118) Ebend.: *Ex ambabus de possibili in prima figura et in tertia valent omnes modi, quae valent ex ambabus de inesse; sed in secunda figura nihil concluditur.* S. bei Occam, vor. Abschn., Anm. 981.

119) Ebend.: *Ex ambabus de necessario valent in omnibus figuris et in omnibus modis, in quibus valent syllogismi de inesse.* S. ebd. Anm. 980.

120) Ebend.: *In prima figura ex ambabus de contingenti maiore existente universali valent omnes syllogismi, sive ex ambabus affirmativis sive ex ambabus negativis sive ex una affirmativa et alia negativa ...... In tertia figura valent omnes syllogismi una praemissarum existente universali. In secunda autem figura nulli syllogismi valent.* S. ebd. Anm. 982.

121) Ebd.: *De scito valent syllogismi in prima figura et in tertia, sed non valent in secunda. De opinato autem non valent syllogismi in aliqua figura.* S. ebd. Anm. 984.

122) Ebd.: *De syllogismis mixtis .... Dicemus solum de istis modis „contingens, possibile, necessarium", quia etiam solum de istis determinat Aristoteles. Et praemittendae sunt regulae communes:* 1) *Ad propositionem de inesse sequitur propositio de possibili ....* 2) *Ad omnem propositionem de necessario vel de contingenti sequitur propositio de possibili .....* 3) *Quaecunque conclusio sequitur ad praemissas de possibili, illa conclusio sequitur ad praemissas de necessario vel de contingenti ....* 4) *Ad quascunque praemissas sequitur conclusio de necessario vel de contingenti, ad easdem sequitur conclusio de possibili.* 5) *Ad omnem propositionem de necessario sequitur propositio de inesse subiecto sumpto cum relativo identitatis et aliter non.* 6) *Ad quamlibet qualitatem de contingenti sequitur quaelibet qualitas de possibili.* Vgl. ebd. Anm. 1027 f.

123) Ebend.: *Si una praemissarum fuerit de inesse et alia de possibili, sunt regulae:* 1) *Non valent aliqui syllogismi in secunda figura.* 2) *In nulla figura debet sequi conclusio de inesse.* 3) *In prima figura non valent, si maior sit de inesse.* 4) *In prima figura non potest inferri conclusio universalis nisi cum illa additione ,,quod est"* (vgl. ebd. Anm. 945 u. 947). 5) *In prima figura minore existente de possibili sequitur conclusio de possibili particulariter.* 6) *In tertia figura valent syllogismi affirmativi, si propositio de possibili sit universalis;* 7) *negativi valent, si propositio negativa sit universalis et de possibili.* S. ebd. Anm. 986.

124) Ebend.: *Si una praemissarum fuerit de inesse et alia de necessario, dantur regulae:* 1) *Maiore existente de necessario omnes modi primae figurae valent ad conclusionem de necessario particularem, sed non universalem, nisi cum additione ,,quod est".* 2) *Maiore existente de inesse syllogismi primae figurae non valent ad conclusionem de necessario vel de inesse, tamen ad conclusionem de possibili.* 3) *In secunda figura Cesare, Camestres et Festino valent proportionabiliter sicut in prima*

Urtheil [125]), ein Möglichkeits- und ein Nothwendigkeits-Urtheil [126]), ein Möglichkeits- und ein Zufälligkeits-Urtheil [127]), ein Nothwendigkeits- und ein Zufälligkeits-Urtheil [128]). Lückenhaftigkeit aber oder Unordnung (vgl. ob. Anm. 89 ff.) ist es wieder, dass im Vergleiche mit Occam hier die Combinationen aus Unmöglichkeits-Urtheilen oder den dortigen anderweitigen Modalitäten fehlen [129]). Die Syllogismen, deren Prämissen einen *Casus obliquus* enthalten, werden wie bei Occam nach den drei Figuren erörtert, neu aber kommt hier die Berücksichtigung des Verbums *inesse* mit dem von ihm regierten Dativ hinzu [130]). Auch die Behandlung der Reduplicativ-Urtheile für den Syllogismus weicht etwas von Occam

---

figura Celarent et Ferio. 4) *Baroco existente de necessario valet ad conclusionem de inesse, ... et si maior sit de inesse, valet solum ad conclusionem de possibili.* 5) *Maiore existente de necessario in tertia figura Darapti, Felapton, Datisi et Ferison valent ad conclusionem de necessario, sed Disamis et Bocardo ad nullam.* 6) *Maiore existente de inesse Darapti et Disamis valent ad conclusionem de inesse, et alii modi nihil valent.* S. ebd. Anm. 985.

125) Ebend.: *Si vero una praemissarum fuerit de inesse et alia de contingenti ad utrumlibet* (ob. Anm. 92), ... *sunt regulae:* 1) *Non valent aliqui syllogismi in secunda figura ....* 2) *In nulla figura sequitur conclusio de inesse ....* 3) *In prima figura non valent, si maior sit de inesse ...* 4) *In prima figura non potest inferri conclusio universalis nisi cum additione „quod est" ....* 5) *In prima figura maiore existente de contingenti sequitur conclusio particularis de contingenti .....* 6) *In tertia figura maiore existente de contingenti Darapti, Felapton, Datisi et Ferison valent ad conclusionem de contingenti, sed Disamis et Bocardo nihil valent .....* 7) *In tertia figura maiore existente de inesse nulli modi valent. ....* 8) *Quicunque syllogismi in tertia figura valebunt ex maiore de inesse et minore de possibili, ... illi valent ex maiore de inesse et minore de contingenti.* S. ebd. Anm. 987.

126) Ebend.: *Si una praemissarum fuerit de possibili et alia de necessario, ... sunt regulae:* 1) *In prima figura maiore existente de necessario omnes modi valent ad conclusionem de necessario, sed maiore existente de possibili omnes modi valent ad conclusionem de possibili, et nulli ad conclusionem de necessario .....* 2) *Omnes modi secundae figurae valent ad conclusionem de necessario, quaecunque praemissarum fuerit de necessario.* S. ebd. Anm. 990.

127) Ebend.: *In mixtione de possibili et contingenti dantur regulae:* 1) *In quibuscunque figuris et modis sequitur conclusio ex ambabus de possibili, in eisdem sequitur eadem ex una de possibili et alia de contingenti ....* 2) *In prima figura, si maior sit de contingenti, omnes modi ad conclusionem de contingenti valent; sed non, si maior sit de possibili ....* 3) *In secunda figura nulli valent ....* 4) *De tertia figura omnino est sicut de prima.* S. ebd. Anm. 994.

128) Ebend.: *De necessario et contingenti mixto .... regulae:* 1) *In prima figura maiore existente de necessario omnes modi valent ad conclusionem de necessario; et si maior sit de contingenti, omnes modi valent ad conclusionem de contingenti .....* 2) *Omnes modi secundae figurae valent ad conclusionem de necessario, sed nulli ad conclusionem de contingenti ....* 3) *De tertia figura omnino est sicut de prima.* S. ebd. Anm. 991.

129) Vgl. ebd. Anm. 988 f., 992 f., 995—997.

130) Ebend.: *De obliquis et reduplicativis multis modis syllogizare solemus. Ex terminis obliquis primus modus est, prout hoc verbo „inesse" utimur .... loco huius verbi „est", ... ita, quod aequipollent „Homini inest animal" et „Homo est animal". ..... Manifestum est, quod, in quibuscunque modis contingit syllogizare ex rectis cum hac copula „est", ex eisdem contingit in obliquis cum hac copula „inest". ..... Alius modus est, quia, quandocunque in maiori aliquis terminus in obliquo fuerit distributus ..... et rectus illius obliqui affirmabitur in minore, obliquo istius termini in conclusione attribuetur, quidquid primo obliquo attribuebatur in maiore, v. gr. „Cuiuslibet hominis asinus currit; Omnis rex est homo; Ergo cuiuslibet regis asinus currit" ..... Adhuc alius modus .... ad similitudinem secundae figurae est,*

ab [131]). Eine Bereicherung aber der occamistischen Syllogistik liegt darin, dass auch der Folgen des Vorkommens eines *terminus infinitus* gedacht wird, und zwar hauptsächlich für den Fall, dass der Mittelbegriff in der Einen Prämisse mittelst Infinitation und in der anderen ohne dieselbe gebraucht wird [132]).

Zuletzt folgt noch unter der Ueberschrift *De potestate syllogismorum* ein sehr kurzer Auszug der betreffenden Lehren des Aristoteles [133]). Was aber hieran sich „*De arte inveniendi medium*“ anreiht, ist nicht von Buridan, sondern von seinem Erklärer und Herausgeber Johannes Dorp (s. ob. Anm. 55) verfasst; und indem nun auch in diesem erläuternden Zusatze sich Nichts von einer versinnlichenden Figur findet, wie eine solche seit Averroes (s. Abschn. XVI, Anm. 328) öfters benützt und commentirt worden war (s. Abschn. XVII, Anm. 464 und 550, und vor. Abschn., Anm. 345), so möchte ich die gemeiniglich erwähnte „Eselsbrücke“ Buridan's, welche sich ja an die *inventio medii* knüpfen soll, für einen litterarischen Mythus halten, welcher sich in der Schul-Tradition allmälig bildete [134]).

---

quando unum medium .... attribuitur in praemissis duobus terminis obliquis etc. ..... Item alius modus potest poni ad similitudinem tertiae figurae etc.' S. ebd. Anm. 971, 974, 977.

131) Ebend.: *De syllogismis autem reduplicativam conclusionem concludentibus notandum est, quod illi maxime proprie et manifeste fiunt in prima figura et in omnibus quatuor modis illius apponendo reduplicationem maiori extremitati ..... In omnibus modis tertiae figurae syllogizatur conclusio reduplicativa, si in maiore fuerit reduplicatio addita maiori extremitati. In secunda autem figura non habent proprie locum.* Vgl. ebd. Anm. 1001; die Berücksichtigung der Exclusiv- und der Exceptiv-Sätze fehlt hier.

132) Ebend.: *Dupliciter autem contingit syllogizare ex terminis infinitis et ex mixtione terminorum infinitorum. Uno modo, quod omnis terminus finitus in una propositione maneat etiam finitus in alia et omnis infinitus in una maneat infinitus in alia. Alio modo, quod terminus finitus sumptus in una sumatur infinitus in alia aut e converso. Si primo modo syllogizetur, tunc in omnibus modis et figuris syllogizandum erit, sicut ex terminis pure finitis. Si autem secundo modo, ... in omni figura ex duabus praemissis universalibus negativis sequitur conclusio universalis negativa medio variato penes finitum et infinitum. In prima figura et secunda ex maiore universali negativa et minore particulari negativa sequitur conclusio particularis negativa medio variato. ..... Sed in tertia figura medio sic variato nihil sequitur, si aliqua praemissarum sit particularis ..... Ex affirmativis praemissis in prima figura et in tertia nihil sequitur medio variato ..... Sed in secunda figura ex ambabus affirmativis sequitur conclusio negativa medio variato, si maior sit universalis.*

133) S. Abschn. IV, Anm. 608—627. Aus Buridan aber kam dieses als Interpolation in die Handschriften und Drucke des Petrus Hispanus, s. Abschn. XVII, Anm. 190.

134) J. J. Brucker, welchem offenbar alle Späteren nachgeschrieben haben, beruft sich (*Hist. crit. etc.* 2. Aufl. III, p. 881) auf eine ziemlich junge Auctorität, nemlich auf *Sancrucius* (soll jedoch heissen *Sancrusius*), *Dialectica Scoti* (soll heissen *Dialectica ad mentem Scoti*). Dieses Werkes aber, welches Londini 1677. 8. gedruckt wurde, konnte ich trotz vieler Bemühung nicht habhaft werden. Die daraus von Brucker angeführten Worte lauten: „*Est ars inveniendi medium syllogisticum sive modus idealiter ostendens, quo pacto extrema per negationem disiuncta copulentur, diciturque pons, quod sicut ponte ripae fluminis, sic medio extrema per negationem intercisa uniantur, diciturque asinorum, quia ex I. Post. 27 ea arte solertes a tardis discernuntur.*“ Ob aber nun Brucker dort wirklich auch den Namen Buridan's gefunden habe, oder nur durch eigene Combination zu dem Glauben geführt

Doch dürfen wir Buridan's Syllogistik nicht verlassen, ohne zu berichten, dass anderwärts auch er ebenso, wie Occam (vor. Abschn., Anm. 1038), eine sehr erfreuliche Werthschätzung des „Erfahrungs-Beweises" ausspricht, insoferne er auf „*experimentum*" mit Einschluss der Möglichkeit einer „*instantia*" als auf eine Grundlage des Wissens hinweist, dabei aber zugleich es als eine Unvollkommenheit bezeichnet, wenn in einer blossen „*ars doctrinalis*" (z. B. in der Medicin) ein roher und unbegründeter Haufe empirischen Materiales vorliege, da ja nur die wirkliche „*ars perfecta*" von der Erfahrung aus zu Grundsätzen vordringe [135]), und sonach auch bei der „Induction" die Einheitlichkeit einer inneren „*ratio*" das Entscheidende bleiben müsse [136]).

In der Summula folgt sowohl betreffs der Topik [137]) als auch bezüglich der *Soph. Elenchi* ein Excerpt aus Petrus Hispanus [138]), hierauf

wurde, dass die Eselsbrücke von Buridan herrühre, können wir natürlich nicht entscheiden. Wohl hingegen dünkt es uns höchst wahrscheinlich, dass der Scotist Sancrusius eben nur aus dem Scotisten Tartaretus geschöpft habe, und somit das Ganze auf der unten (Abschn. XXII, Anm. 165) anzuführenden Stelle beruhe. Sollte jedoch wirklich Buridan in der Tradition in eine Verbindung mit der Eselsbrücke gebracht worden sein, so läge ein Motiv zur Verwechslung in seinem Anhänger Johannes Dorp; denn bei diesem sowie bei Bricot werden wir die betreffs der *inventio medii* ersonnenen Memorial-Verse „*Fecana, Cageti etc.*" treffen (s. ebend. Anm. 129 u. 359), auf welche die Eselsbrücke des Tartaretus zurückweist; man hätte sonach in der Tradition Buridan auch für Etwas verantwortlich gemacht, was bei seinem Commentator Dorp sich findet.

135) *In Metaph.* I, qu. 8, f. VII v. A: *Experientia est ex multis memoriis consimilium prius sensatorum iudicare de alio simili occurrente ..... Sensus, memoria et experimentum non sunt nisi notitiae singularium sive notitiae singulares, sed tandem intellectus percipit, in pluribus singularibus ita fuisse et non in aliquo fuisse instantiam; ipse ergo per suam inclinationem naturalem* (vgl. b. Occam, Anm. 745) *ad veritatem consurgit ad consentiendum universali propositioni, ... et talis propositio est iam principium in arte suppositum, et sic intelligitur, quod ars fit experimentis* (s. Abschn. IV, Anm. 53). ..... *Quaedam ars est doctrinalis solum, sc. quae per studium, libros et magistrum in scholis sine discursu ad opera exteriora acquiritur; ..... et ista ars est valde imperfecta propter duo. Primum quia illi scholares nesciunt principia nisi per hoc, quod audiunt vel legunt, quod ita est, ut quod omne rubarbarum* (d. h. Rheum) *sanat choleram; ..... cum igitur isti nesciant ista principia, ipsi etiam nesciunt conclusiones nisi ex suppositione, sc. si illa principia, quae eis sunt tradita vel in corde infixa, sunt vera. Secundo talis ars est imperfecta, quia non solum ad artem perfectam spectat, ratiocinari sistendo in terminis universalibus, sicut fecit ars talis, imo oportet ratiocinando descendere ad terminos singulares. ..... Alia vero est ars perfecta, quae per experientiam novit principia supposita in arte doctrinali et, sicut potuit scire simpliciter conclusiones, etiam conclusiones universales praescitas applicavit multotiens ad opus descendendo per ratiocinationem ad terminos singulares.*

136) *Super Eth. Nic.* III, qu. 1, f. XLVIII r. B: *Posset probari, quod homo non esset risibilis, per inductionem in aliis animalibus omnibus. Dicendum est ergo, quod inductio in aliquibus non concludit in aliis, nisi illa appareant eiusdem rationis illis, in quibus inductum est, saltem in ordine ad praedicatum, respectu cuius facta est inductio.*

137) *Summ. Tract.* VI. *Topica.* Vgl. Abschn. XVII, Anm. 191 ff. Jener Beispiel-Satz, s. ebd. Anm. 144, zeigt hier die vier Städtenamen: *Parisienses, Remenses, Atrebatenses, Ambianenses.*

138) *Tract.* VII. Vgl. ebend. Anm. 196 f. Den Schluss bilden hier Regeln, durch welche die bisherige Lückenhaftigkeit der byzantinischen Tradition insoferne aus Aristoteles ergänzt wird, als die Lösung der verschiedenen Sophismen in Kürze zusammengestellt ist.

aber die Erörterung des wissenschaftlich demonstrativen Verfahrens. Diese beginnt mit der Lehre von der Eintheilung, wobei ähnlich wie bei Occam (ebd. Anm. 856) die reale Theilung von der logischen unterschieden und die letztere im Anschlusse an Boethius (Abschn. XII, Anm. 96 ff.) besprochen wird, während einige neuere Ansichten, welche allerdings sonderbar genug sind, nur kurze Erwähnung finden [139]). Bezüglich der Definition werden zuerst einige allgemeinere Regeln gegeben, welche hauptsächlich das Verhältniss des definirten Objectes zur Definition betreffen [140]); sodann werden in ziemlicher Abweichung von Occam (vor. Abschn., Anm. 842 ff. und 1012 ff.) vier Arten derselben unterschieden, nemlich *quid nominis* und *quidditativa* und *causalis* und *descriptiva* [141]); doch scheint es, dass er wie Occam zur ersten Art auch die Definition der connotativen Begriffe, d. h. der Accidentien, gerechnet habe [142]). Die

---

139) *Tract.* VIII. *D. demonst.: Divisio est multorum collectivorum in unum separatio; compositio autem est multorum invicem in unum collectio. ...... Duobus modis principalibus dicuntur totum et partes; uno modo totum integrale et partes integrales, alio modo totum praedicabile et partes subiicibiles. Differunt autem, quia partes integrales collective sunt suum totum, partes autem praedicabilis totius non sunt illud totum, quia .... nec plures species sunt unum genus nec plura singularia una species. ..... Aliquando totius in suas partes integrales fit divisio per solam animae considerationem, aliquando autem per realem in totis vel partibus mutationem ..... Multis autem modis dicuntur tota praedicabilia, ideo solent assignari multiplices divisiones eorum: ..... vocis in suas significationes, ... generis in suas species, ... totius in modo in suas partes, ... subiecti in accidentia, ... accidentis in subiecta, ... accidentium in accidentia ..... Divisionum quaedam dicuntur perfectae, aliae imperfectae; perfecta dicitur, quae duas observat proprietates, sc. quod sit sufficiens et quod non sit superflua; imperfecta, si deficiat aliqua istarum proprietatum ..... Adhuc quidam alii ponuntur divisionum modi minus proprie dicti; unus est divisio termini praedicabilis per alium terminum finite et infinite sumptum, ut „Omne animal est homo vel non homo"; ..... alius, secundum quem oratio eadem secundum materiam dicitur composita vel divisa, prout est alia et alia secundum formam; alius, prout propositionem disiunctivam vocamus divisionem.*

140) Ebend. *D. diffin.: Sunt octo proprietates diffinitionum:* 1) *diffinitio et diffinitum dicuntur per modum relativorum ....* 2) *sunt ad invicem convertibiles ....* 3) *diffinitio explicite est notificativa diffiniti ....* 4) *diffinitio est oratio, et diffinitum est terminus incomplexus. ....* 5) *Nullum singulare est diffinitum ....* 6) *Nulla propositio est diffinitum ....* 7) *Nulla diffinitio debet dari parabolice vel transsumptive....* 8) *Nulla diffinitio debet esse superflua vel diminuta.*

141) Ebend.: *Diffinitio dicens quid nominis est oratio explicans convertibiliter, quid vel quae diffinitum significat aut connotat: et proprie vocatur interpretatio et convenit terminis incomplexis vocalibus, quibus non correspondent immediate conceptus simplices, sed complexi, ... et convenit etiam propositionibus categoricis, quibus in mente correspondent hypotheticae copulativae, ... secundum suppositionem materialem mediante hoc verbo „significat". ..... Diffinitio quidditativa est oratio indicans praecise, quid est esse rei, per praedicata essentialia, ... et non datur de termino connotativo ..... Diffinitio causalis est oratio indicans convertibiliter, quid est esse rei, per „propter quid"; ..... et ponuntur termini in huiusmodi diffinitione in obliquo; .... et dantur istae diffinitiones aliquae per causam formalem, aliquae per causam materialem, aliquae per efficientem, aliquae per finalem ..... Descriptio est oratio indicans, quid est esse rei, per accidentalia seu per effectus, ... et est ex prioribus et notioribus quoad nos.*

142) *In Metaph.* VII, qu. 3, f. XLIII v. A: *Non alia significat „esse album", quam „album", sed diversimode significant ea, quae significant, quia „album" significat albedinem non supponendo pro ea nec pro congregato ex ea et aliquo alio; sed „esse album" significat albedinem supponendo pro ea vel aggregato ex ea et subiecto.*

sonstigen üblichen Erörterungen über den Inhalt der zweiten Analytik schliessen sich ganz an Occam an [143]).

Den Schluss der ganzen Summula sollte nach Buridan's Absicht ein eigener Abschnitt über die *Insolubilia* machen; jedoch schon Johannes Majoris und Johannes Dorp, als Herausgeber, fanden, wie sie selbst sagen, denselben nicht mehr vor [144]). Sowohl aber aus einer schon oben (Anm. 73) angeführten Stelle als auch aus einer zweiten ähnlichen ersehen wir Proben davon, wie sich Buridan mit diesem Zweige der damaligen Logik beschäftigte [145]). Ja, es müssen sich entweder doch noch Handschriften gefunden haben, oder es erhielt sich wenigstens in den Schulen eine gewisse Tradition; denn aus etwas späterer Zeit ist uns gerade die principielle Auffassung Buridan's betreffs der *Insolubilia* (s. unten Anm. 350) überliefert, welche dahin geht, dass das *Insolubile* weder als wahr noch als falsch bezeichnet werden dürfe [146]). Aus der gleichen Quelle aber erfahren wir, dass Buridan auch mit dem Gebiete der *Obligatoria* sich bereits sehr einlässlich zu schaffen gemacht habe; denn bezüglich eines der complicirteren üblichen Beispiel-Sätze dieser Doctrin wird uns berichtet, dass Buridan denselben als unzulässig erklärt habe [147]). Endlich auch die Lehre über die *Consequentiae* war ihm, wie

---

Ebend. qu. 6, f. XLV r. B: *Omnis terminus accidentalis debet diffiniri per subiectum, i. e. per terminum substantialem, ... ex quo terminus accidentalis connotat substantiam ultra significationem vel connotationem vel dispositionem accidentalem.* Vgl. bei Occam Anm. 1012.

143) Vgl. vor. Abschn., Anm. 1007 ff.

144) Sogleich zu Anfang des Ganzen: *Iste liber in se continet novem tractatus partiales ...... In nono de solutionibus quorundam sophismatum; et illae non habentur in textu.*

145) *In Metaph.* VI, qu. 7, f. XXXVIII v. A: *Non sufficit universaliter ad veritatem affirmativae, quod termini supponant pro eodem* (vgl. ob. Anm. 79); *et hoc manifestum est in vocatis insolubilibus, ut si in illo folio sit scripta solum illa propositio „Propositio scripta in illo folio est falsa"; termini enim pro eodem supponunt, quia illud subiectum „propositio scripta in illo folio" supponit pro illa propositione, quae est scripta in isto folio, et similiter hoc praedicatum „falsa" supponit pro illa propositione, quia ipsa est falsa et non vera. Igitur non sufficiebat ad hoc, quod propositio affirmativa fuisset vera, quod termini supponant pro eodem.* Aehnliche Insolubilia s. unten Anm. 310.

327) *Sophismata, in quibus additur „omnis“ termino complexo coniunctione disiunctiva interposita:* 9) *Omnis homo vel asinus currit, posito quod nullus homo currat.* 10) *Omnis propositio vel eius contradictoria est vera* (— soll an diesem Sophisma eine beliebige Probe der ganzen Behandlung gegeben werden, so excerpire ich Folgendes: *Sic arguitur: Aliqua propositio est, quae nec eius contradictoria est vera; ergo non omnis propositio vel eius contradictoria est vera; consequentia tenet, et antecedens probatur; nam formetur ista „Homo est asinus“, et non formetur eius contradictoria; tunc nec ista „Homo est asinus“ est vera nec eius contradictoria, quia eius contradictoria non est. Arguitur sic: Omnis propositio vel eius contradictoria est vera; sed omnis propositio falsa est propositio vel eius contradictoria; ergo omnis propositio falsa est vera; conclusio est falsa; ergo aliqua praemissarum; non minor; ergo maior. Sic arguitur: Omnis propositio vel eius contradictoria est vera; sed omnis propositio vel eius contradictoria est falsa; ergo aliquid falsum est verum; conclusio est falsa, et discursus est bonus, quia arguitur in Darapti; ergo aliqua praemissarum est falsa; non minor; ergo maior. ...... Ad istud sophisma antiqui sophistae* — wer sollen diese sein? — *solebant respondere dicentes, ipsum posse capi dupliciter, vel in sensu composito vel in sensu diviso. .... Nolo sequi sensum divisum .... Dico, quod subiectum propositionis non est nisi „propositio“, quod littera „omnis“ non distribuit nisi litteram „propositio“, quod littera „vel eius contradictoria“ est pars praedicati* u. s. w. —). 11) *Omnes homines sunt asini vel homines et asini sunt asini.*

328) *Sophismata, in quibus additur „omnis“ termino complexo coniunctione copulativa interposita:* 12) *Omnia vera et falsa opponuntur.* 13) *Omnis homo et asinus currunt, posito quod quilibet homo currat et de omnibus asinis nullus currat nisi brunellus.* 14) *Omne animal et aliud ab eo sunt duo animalia.* 15) *Omne verum et deum esse differunt.* 16) *Omnia duo et tria sunt quinque.* 17) *Omnis homo et duo homines sunt tres homines.* 18) *Omnis homo et alius homo sunt* (s. Abschn. XVII, Anm. 244).

329) *Sophismata, in quibus „omnis“ additur termino complexo coniunctione conditionali interposita.* 19) *Omne falsum, si est impossibile, non est verum.* 20) *Omne animal, si est Socrates, differt a Platone.*

330) *Sophismata, in quibus „omnis“ additur termino complexo hoc relativo „qui“ interposito:* 21) *Omnis homo, qui est albus, currit, posito quod sint aliqui homines albi et aliqui nigri et nullus niger currat.* 22) *Omne ens, cuius quaelibet pars movetur, movetur, posito quod aliquod ens moveatur secundum quamlibet eius partem et aliquod simpliciter quiescat.* 23) *Omnis propositio copulativa, cuius quaelibet pars est vera, est vera.* 24) *Omnis chimaera, quae currit, movetur.*

331) *Sophismata difficultatem habentia ex suppositione relativi:* 25) *Animal est Socrates et asinus est illud.* 26) *Animal non est lapis et asinus est illud.* 27) *Quoddam animal est Socrates et Plato non est illud.* 28) *Quoddam animal non est Socrates et Plato non est illud.* 29) *Aliquis homo est et quilibet homo est ille.* 30) *Aliquis homo est et nullus homo est ille.* 31) *Omnis homo habens equum equitat illum.* 32) *Omnis homo est animal et risibile est illud.* 33) *Aliquod enuntiabile est falsum et idem necessario est verum.* 34) *Omnis homo est animal et suus asinus currit.* 35) *Omnis homo videt se* (vgl. Abschn. XIX, Anm. 890). 36) *Omnis propositio est vera vel eius contradictoria est vera.* 37) *Omnis propositio est vera vel eius contradictoria est falsa.*

„uterque“ die Veranlassung bildet[332]; sodann jene, in welchen das bejahende Syncategorema, nemlich *„totus“*, für die Bestand-Theile des betreffenden Begriffes distribuirt wird[333]), und dann diejenigen, in welchen die Distribution ausschliesslich für Accidentien gilt[334]). Die darauf folgende zweite Hauptgruppe betrifft die verneinenden Syncategoremata, und zwar zunächst die negativen Termini *non*, *nullus*, *nihil*, *neuter* u. dgl.[335]), sodann diejenigen, bei welchen die Negation nur versteckt

---

332) *Sophismata difficultatem habentia ex parte syncategoreumatis „uterque“:* 38) *Uterque istorum est uterque istorum, demonstratis sc. Socrate et Platone.* 39) *Uterque istorum portat lapidem, demonstratis duobus, quorum unus portat unum lapidem et alter alium.* 40) *Uterque istorum scit arithmeticam, posito quod non sint nisi centum conclusiones arithmeticae, de quibus Socrates scit quinquaginta et Plato alias quinquaginta.* 41) *Uterque istorum scit septem artes liberales, posito quod Socrates sciat tres artes et Plato quatuor.* 42) *Uterque istorum pugnat, ut vincant se.* 43) *Ab utroque istorum enuntiatum est verum* u. s. w., s. Abschn. XVII, Anm. 248. 44) *Uterque istorum est homo vel asinus, demonstrando sc. Socratem et brunellum.*

333) *Sophismata difficultatem habentia ex parte syncategoreumatis „totus“:* 45) *Totus Socrates est minor Socrate* (s. ebend. Anm. 252). 46) *Totus Socrates est pars Socratis.* 47) *Totus brunellus est Socratis.* 48) *Tota disiunctiva est vera, cuius altera pars est vera.* 49) *Omne totum est maius sua parte.*

334) *Sophismata difficultatem habentia ex parte syncategoreumatum distributivorum pro accidentibus:* 50) *Qualelibet currit, posito quod sint quatuor homines tantummodo et tantum tres qualitates, sc. quod Socrates sit grammaticus et currat, Plato logicus et currat, Cicero rhetoricus et currat, Guilermus logicus et grammaticus et rhetoricus et non currat.* 51) *Quodlibet qualelibet de quolibet* u. s. w., s. Abschn. XVII, Anm. 253. 52) *Quotlibet entia sunt finita.* 53) *Infinita sunt finita* (s. ebend. Anm. 255). 54) *Finita sunt infinita.* 55) *Infinita sunt infinita.* 56) *Infinitae unitates sunt in aliquo numero finito.* 57) *Infinitis infinita sunt plura.* 58) *Infinita sunt plura infinitis.* 59) *In infinitum continuum potest esse divisum.* 60) *Continuum potest esse divisum in infinitum.* 61) *In infinitum Socrates erit albior Platone, posito quod Socrates maneat sub eodem gradu albedinis et albedo Platonis remittatur.* 62) *Infinitam albedinem habebit Socrates, posito quod continue intendatur albedo Socratis.* 63) *Infinitum pondus Socrates potest portare.* 64) *Quidquid audit Socrates, illud profert Plato; posito quod Plato proferat istam „Nullus homo est asinus“ et Socrates non audiat illam negationem, audiat tamen residuum.* 65) *Quidquid deus scivit, adhuc scit.* 66) *Quotiescunque fuisti Parisiis* u. s. w., s. ebend. Anm. 254. 67) *Qualecunque est aliquid, si ipsum est album, tale est aliquid, si ipsum est nigrum.*

335) *Secunda pars ..... tractat sophismata difficultatem habentia ratione negationis vel terminorum includentium negationem. .....* 68) *Negatum esse animal est verum, posito quod negetur ista propositio, deum esse animal.* 69) *Tu non potes vere negare, te non esse asinum.* 70) *Quod non est, est* (d. h. *demonstrata ista negatione „non“ tunc haec est vera „Hoc est“, tunc „Hoc est hoc, quod non est“, ergo est, quod non est* u. s. w.). 71) *„Non aliquid est vel homo est asinus“ est propositio disiunctiva.* 72) *Non aliquid est vel tu es homo.* 73) *Non aliquid est et tu es asinus.* 74) *Non Socrates currit vel non currit.* 75) *Non aliquis homo currit, si aliquod animal currit.* 76) *Aliqua causa homo non est homo.* 77) *Omnis homo aliquod animal non est.* 78) *Socrates videt non hominem, posito quod simul equum et hominem videat.* 79) *Chimaera est non homo.* 80) *Nullus non homo est grammaticus.* 81) *Non homo est commune praedicabile de omni homine.* 82) *Nemo est commune praedicabile de omni homine.* 83) *Non homo est convertibile cum hoc communi „homo“.* 84) *Nihil est nihil.* 85) *Ex nihilo nihil fit.* 86) *Nihil et chimaera sunt fratres.* 87) *Nihil est, si aliquid est.* 88) *Si nihil est, aliquid est.* 89) *Si tu scis, quod nihil scis, tu nihil scis.* 90) *Nihil est verum nisi in hoc instanti.* 91) *Nullus homo est nullum animal.* 92) *Nullum caput habens est aliquod caput habens.* 93) *Nullo homine currente tu es asinus.* 94) *Neutrum oculum habendo tu potes videre* (s. Abschn. XVII, Anm. 249). 95) *Ad nullum hominem currere sequitur omnem hominem currere.* 96) *Ad omnem*

involvirt ist, so dass sie als *exponibilia* auftreten, nemlich vorerst die Exclusiv-[336]) und die Exceptiv-Ausdrücke[337]), dann die Conjunction „*si*", welche allerdings hier an einer möglichst unpassenden Stelle eingereiht und zugleich in sinnlosester Weise verwerthet ist[338]); hierauf aber wird

---

hominem currere sequitur omnem hominem currere. 97) *Nullum hominem currere sequitur ad aliquem hominem currere.* 98) *Nullus homo est, si aliquis homo est.* 99) *Nullus potest scire, quod aliquis potest scire.* 100) *Socrates potest scire, quod deus non potest scire.* 101) *Nullum animal, dum dormit, vigilat.*

336) *Sophismata circa dictiones exclusivas:* 102) *Tantum Socrates calefit, posito quod Socrates calefiat et nihil aliud a Socrate, quod non sit pars eius.* 103) *Tantum unum est* (d. h. *omne ens est unum ens, ergo tantum unum est* u. s. w.). 104) *Tantum unus homo est homo.* 105) *Tantum animal est homo.* 106) *Tantum Socrates scit septem artes liberales, posito quod Plato sciat tres et Cicero quatuor, et quod non sint nisi isti tres homines.* 107) *Tantum alter istorum currit, posito quod Socrates et Plato currant et nulla alia.* 108) *Tantum Socrates videt se.* 109) *Tantum verum opponitur falso.* 110) *Tantum calidum contrariatur frigido.* 111) *Socrates tantum est asinus.* 112) *Non tantum chimaera currit.* 113) *Socrates scit, tantum tres homines currere, posito quod sex homines currant, et de tribus Socrates sciat, quod currunt.* 114) *Possibile est, Socratem videre tantum omnem hominem non videntem se, posito quod tres sint homines non videntes se, et omnes alii videant se.* 115) *Tantum pater est, ergo non tantum pater est.* 116) *Homo currit, ergo tantum homo movetur.* 117) *Tantum homo currit, ergo tantum animal currit.* 118) *Tantum deum esse deum, est verum.* 119) *Ad solum Socratem currere sequitur hominem currere.* 120) *Solus Socrates incipit currere, posito quod Socrates et multi alii cucurrerunt ante, sed omnes alii a Socrate nunc cessent currere.* 121) *Solus Socrates est albus vel niger, posito quod multi alii sint nigri.* 122) *Solus Socrates est albus et Plato est albior, posito quod nullus alius sit albus.* 123) *Solis tribus sola duo sunt pauciora.* 124) *Solum genitivum praecedit solus nominativus.*

337) *Sophismata ex parte dictionum exceptivarum:* 125) *Omnis homo videt omnem hominem praeter Socratem.* 126) *Decem praeter quinque sunt quinque.* 127) *Quaelibet decem praeter quinque sunt quinque.* 128) *Omnis homo videt omnem hominem praeter se.* 129) *Omnis homo praeter Socratem excipitur, posito quod non sint nisi tres homines et solus Socrates currat.* 130) *Quodlibet enuntiabile prolatum praeter unum est verum, posito quod sint nonnisi tres propositiones: „Deus est", „Homo est animal", „Quodlibet prolatum praeter unum est verum".* 131) *Omne enuntiabile praeter verum est falsum.* 132) *Socrates bis vidit omnem hominem praeter Platonem, posito quod semel viderit omnem hominem et alia vice omnem hominem praeter Platonem.* 133) *Omne animal est irrationale praeter hominem.* 134) *Omnis homo praeter istos fert lapidem, posito quod quilibet homo ferat lapidem et Socrates et Plato ferant simul unum lapidem.* 135) *Nullus homo legit Parisiis, nisi ipse sit asinus.*

338) *Sophismata difficultatem habentia circa dictionem „si":* 136) *Si nullum tempus est, aliquod tempus est.* 137) *Si tu es ubique, tu non es ubique* (d. h. *si es ubique, es in ista domo, et si es in ista domo, non es in alia domo* u. s. w.). 138) *Si tu scis, te esse lapidem, tu non scis, te esse lapidem* (d. h. *si es lapis, nihil scis* u. s. w.). 139) *Socrates dicit verum, si solus Plato loquitur, posito quod Socrates solum dicat Platonem loqui.* 140) *Si Socrates fingit, se esse hypocritam, Socrates non est hypocrita.* 141) *Si Socrates scit, se errare, ipse errat.* 142) *Si Socrates dicit verum, Socrates dicit falsum, posito quod dicat istam „Socrates dicit falsum" et nullam aliam.* 143) *Si omnis substantia est ens, omne non ens est non substantia.* 144) *Si nullum A est B, omne non B est non A.* 145) *Si Socrates non est homo et non est non homo, Socrates non est.* 146) *Si omnis homo animal non est, et omnis homo substantia non est, aliqua substantia animal non est.* 147) *Si omne, quod non est A, est B, et nullum C est A, omne C est B.* 148) *Si animal est Socrates, et homo est Socrates, homo est animal.* 149) *Si omnis propositio est omnis propositio, est vera.* 150) *Si nulla substantia est, nullum ens est.* 151) *Si Socrates est, si Plato est, homo est asinus.* 152) *Si albedo inest homini, homo est albus.* 153) *Si A est B, non B est non A.* 154) *Si iustitia est virtus, iniustitia est vitium.* 155) *Si videns est*

der Faden der exponiblen Ausdrücke wieder aufgenommen, indem zuerst „*differt*“ und „*aliud*“ [339]), dann die Comparative und Superlative mit Einschluss der Conjunction „*sicut*“ [340]), hierauf Verba, welche an sich einen negativen Sinn involviren [341]), und zuletzt noch „*incipit*“ und „*desinit*“ folgen [342]). Die dritte Hauptgruppe betrifft Verba, aus welchen

---

sensatum, caecum est insensatum. 156) *Si duplum est multiplex, subduplum est submultiplex.* 157) *Si album est coloratum, magis album est magis coloratum.* 158) *Si aliqua propositio est falsior ista „Deus est deus“, tunc ista est falsa „Deus est deus“.* 159) *Si albedo addita corpori facit ipsum album, albedo est alba.* 160) *Si A et B adduntur ad C, et A reddit C magis bonum, quam B reddat ipsum, tunc A est magis bonum, quam B.* 161) *Si Aethiops est albus secundum dentes, Aethiops est albus.* (Es springt in die Augen, wie einfältig es sei, die logische Ursache dieser sämmtlichen Sophismen in der Conjunction „*si*“ zu erblicken.)

339) *Sophismata de „differt“ et „non idem“ et „aliud“:* 162) *Socrates differt ab animali.* 163) *Omnis homo differt ab homine.* 164) *Socrates non differt nisi ab asino.* 165) *Nihil non idem animali est homo.* 166) *Socrates non est aliud, quam homo, et aliud, quam animal.*

340) *De comparativo et superlativo et de „sicut“:* 167) *Socrates est fortior homine, posito quod sint tres homines et Socrates sit fortior Platone et Cicero fortior Socrate.* 168) *Animal, quod est debilius musca, est fortius omni animali, posito quod sint duo animalia, sc. A et B, et A sit aliqualiter forte, minus tamen forte quam B, et B aliqualiter forte, tamen minus quam musca.* 169) *Sol est maior, quam aliqua stella.* 170) *Decem sunt generalissima* (der Einwand dagegen ist, dass der Superlativ als solcher nur Einem zukommen könne). 171) *Socrates est ita sapiens sicut aliquis homo, posito quod sint tres homines, et Plato sit aequaliter sapiens cum Socrate et Socrates minus sapiens Cicerone.* 172) *Socrates est ita sapiens sicut omnis homo, posito quod etc.* (d. h. wie so eben). 173) *Socrates erit ita magnus, sicut Plato erit magnus, posito quod nunc sunt aeque magni et aequaliter augeantur usque ad aliquod instans.*

341) *De verbis includentibus negationem:* 174) *Materia caret forma.* 175) *Anima intellectiva quiescit, posito quod sit tota in toto homine, et quod pes hominis quiescat et manus moveatur.* 176) *Socrates ignorat aliquam propositionem* (z. B. aus der Geometrie)*; hoc non obstante scit multas alias; ergo non ignorat aliquam.* 177) *Ignorato motu ignoratur natura.* 178) *Immediatae sunt partes continui.*

342) *Sophismata de verbis „incipit“:* 179) *Homo incipit esse albus, quando nullus homo incipit esse albus, posito quod unus fuerit albus et erit, ceteri fuerunt et sunt et erunt nigri.* 180) *Socrates incipit esse coloratus, posito quod fuerit niger et nunc incipiat esse albus.* 181) *Deus incipit esse in instanti.* 182) *Socrates incipit esse homo, postquam fuit homo.* 183) *Socrates incipit esse, si est et non fuit.* 184) *Socrates et Plato incipiunt esse, posito quod Socrates prius fuit.* 185) *Iam incipit esse omne, quod est.* 186) *Socrates incipit esse alter illorum, posito quod Socrates prius fuit et Plato nunc est.* 187) *Album incipit esse Socrates.* 188) *Equum Platonis Socrates incipit equitare, posito quod faciant convenientiam, quod equus Socratis sit Platonis et e converso.* 189) *Socrates incipit scire omnem propositionem, posito quod sint tantum tres propositiones, et duas prius sciverit et tertiam de novo sciat.* 190) *Socrates incipit scire tres propositiones, posito etc.* (d. h. wie so eben). 191) *Unam propositionem Socrates incipit scire.* 192) *Socrates incipit scire plura, quam Plato, posito quod Socrates sciat duas et addiscat duas, et Plato sciat tres et addiscat duas.* 193) *Socrates incipit scire plura, quam incipit scire.* 194) *Quod est calidum, incipiet esse frigidum.* 195) *Calidissimum incipit esse frigidum.* 196) *Cuilibet homini similis esse desinit Plato, posito quod nunc Plato desinat esse.* 197) *Socrates desinit esse similis Platoni, posito quod uterque transmutetur in nigredinem.* 198) *A et B desinunt esse talia, qualia ipsa sunt, posito quod sint contraria contingentia.* 199) *Socrates desinit esse albissimus hominum, posito quod nascatur Plato albior eo.* 200) *A desinit esse non desinendo esse, posito quod A sit instans.* 201) *Socrates est albior, quam Plato incipiat esse albus.* 202) *Socrates est albior, quam Plato*

irgend eine syllogistische Schwierigkeit sich ergeben kann, insoferne dieselben entweder in Folge ihres grammatischen Tempus dem Gebiete der *ampliatio* anheimfallen [343]), oder in sich selbst eine Modalität der Möglichkeit, Nothwendigkeit u. dgl. enthalten [344]), oder als *termini officiabiles* (vgl. ob. Anm. 310) eine Denk-Function ausdrücken [345]). Endlich die letzte Gruppe enthält Urtheile, welche nur nach dem *sensus compositus* (vgl. ob. Anm. 269) als modale bezeichnet werden können [346]).

---

immediate post erit albus. 203) *Socrates incipit esse albior, quam Plato incipit esse albus.* 204) *Socrates immediate prius erit senior, quam Plato immediate post.* 205) *Socrates prius incepit habere esse, quam incepit habere fuisse.* 206) *Spatium incipit esse pertransitum.* 207) *Spatium incipiet esse pertransitum.* 208) *Socrates incipiet pertransivisse spatium.* 209) *Corpus incipiet esse bipedale, posito quod augeatur continue.* 210) *A et sua medietas B simul desinunt esse.* 211) *A simul incipiet esse album et nigrum.* 212) *A incipit esse super B, posito quod sit aliquod spatium pertranseundum ab A mobili, cuius prima pars sit B.*

343) *Tertia pars ....., in qua ponenda sunt sophismata difficultatem habentia ex eo, quod in eis ponitur verbum praeteriti vel futuri vel ex eo, quod copula verbalis est modificata aliquo modo:* 213) *Aliquis homo generabitur.* 214) *Aliquis homo est mortuus.* 215) *Omnis senex est moriturus.* 216) *Senex erit puer* (d. h. *qui erit senex, erit puer; ergo senex erit puer* u. s. w.). 217) *Iustus damnabitur iuste, posito quod Socrates iam sit iustus et cras furetur equum et post suspendatur.* 218) *Iuste damnabitur iustus.* 219) *Album erit nigrum.* 220) *Deus erit cras.* 221) *Deus in quolibet instanti erit non existens.* 222) *Adam et Noa fuerunt.* 223) *Helena peperit decem filios, posito quod successive peperit.* 224) *Omnis homo fuit in ista domo, posito quod non fuerunt nisi tres homines et isti fuerunt in illa domo successive.* 225) *Omnis homo fuit in ista domo, posito quod ante domum nulli homines fuerunt, et, quando domus fuit, non nisi tres homines fuerunt et illi tunc fuerunt in ista domo, et postea multi sunt generati, qui nunquam ibi fuerunt.* 226) *Album fuit disputaturum, posito quod Socrates fuit albus et non est nec erit amplius albus, et quod sit disputaturus et non disputat nec disputavit.*

344) *De copula verbali determinata aliquo modo:* 227) *Non scribentem possibile est scribere.* 228) *Omnis homo potest esse asinus, posito quod nihil currat nisi asinus.* 229) *Omnis gradus zodiaci potest esse super nostrum horizontem.* 230) *In omnes partes continuum potest esse divisum.* 231) *Impossibile possibile est esse verum.* 232) *Socrates potest scire plura, quam scit, posito quod sciat duas propositiones et cras sciat tres.* 233) *Socrates tantum pondus potest portare, quantum potest portare.* 234) *Omnis homo de necessitate est animal.* 235) *Omne creans de necessitate est deus.* 236) *Omne, quod est, quando est, necesse est esse.* 237) *Si Socrates currit, necessario movetur.* 238) *Si Socrates necessario est mortuus, Socrates est vivus* (d. h. *si mortuus est, est aliqualis; ergo est, ergo vivus est* u. s. w.). 239) *Chimaeram necesse est esse chimaeram.* 240) *Equum contingit non esse hominem.* 241) *Omne, quod contingit esse, est ens.* 242) *Omnem hominem contingit currere.* 243) *Ex veris impossibile est sequi falsum.*

345) *De verbis „scire, credere, apparere" et similibus:* 244) *A Socrates scit esse verum, posito quod A sit illa propositio „Deus est", et quod hoc lateat Socratem.* 245) *A Socrates scit esse A, posito etc.* (d. h. wie so eben). 246) *Socrates patrem suum credit asinum, posito quod pater Socratis induat se pelle asinina etc.* 247) *Socrates apparet esse aliud ab illo, quod est, posito etc.* (wie so eben).

346) *Quarta pars ....., in qua ponenda sunt sophismata difficultatem habentia ex hoc, quod aliquis modorum est determinatio totius propositionis:* 248) *Necesse non est, hominem esse risibilem* (nemlich: *„Deum esse" non est „Hominem esse risibilem"; deum esse est necesse; ergo necesse non est, hominem esse risibilem. Sic arguitur in Ferio*). 249) *Nullum necessarium est, hominem currere.* 250) *Omne corpus non esse hic, est possibile.* 251) *Contingens est ad utrumlibet, nullum hominem esse Socratem.* 252) *Omne animal esse hominem, est impossibile.* 253) *Impossibile est, aliud quam asinum te genuisse* (auch diess wird folgendermassen erwiesen: *Lapidem*

In der gleichen neueren Richtung bethätigte sich Hentisberus (von Autoren des 15. Jahrhunderts öfters auch Tysberus genannt, gestorben um d. J. 1380), von welchem wir eine kleine Schrift *De sensu composito et diviso* und zwei Bearbeitungen des Gebietes der Sophismen besitzen[347]. In der ersteren zieht er die Unterscheidung des *sensus divisus* und *compositus* völlig in den Dienst der *Obligatoria*, da aus Verwechslung jener beiden Formen der modalen Urtheile häufig Schwierigkeiten für die Disputation erwachsen können, zumal da auch Vieles auf die Supposition der in solchen Urtheilen vorkommenden ampliativen Verba ankomme[348]; und in solcher Absicht führt er neun Fälle oder Arten modaler Urtheile an, in welchen eine besondere Vorsicht geboten sei[349]. Betreffs der *Insolubilia* aber weist er zunächst auf das Vorhandensein verschiedener grundsätzlicher Ansichten hin, indem die Einen annehmen, dass im *Insolubile* wirklich contradictorische Gegensätze zu-

---

esse hominem, est aliud, quam, asinum te genuisse; lapidem esse hominem, est impossibile; ergo impossibile est aliud quam asinum te genuisse). 254) *Impossibile non est, hominem esse asinum* (ähnlich).

347) Was wir von Hentisberus besitzen, ist zusammen gedruckt mit dem Titelblatte: *Tractatus gulielmi Hentisberi de sensu composito et diviso. Regulae eiusdem cum sophismatibus. Declaratio gaetani supra easdem. Expositio* [*Caietani de Thienis*] *litteralis supra tractatus* [*Hentisberi*] *de tribus* [d. h. *de tribus praedicamentis, in quibus contingit motum fieri*]. *Quaestio messini de motu localium cum expletione gaetani. Scriptum supra eodem angeli de fosambruno. Bernardi torni annotata supra eodem. Simon de lendenaria supra sex sophismata* [*Hentisberi*]. *Tractatus hentisberi de veritate et falsitate propositionis. Conclusiones eiusdem.* Am Schl. *Venetiis per Bonetum Locatellum* 1494. *fol.* (Von den „*Conclusiones*“ findet sich unter dem Titel *Probationes conclusionum* ein älterer Druck, Pavia 1483. fol., sowie der Commentar des Cajetanus de Thienis zu den *Sophismata*, — nicht aber der Text derselben —, schon 1483 in Venedig fol. gedruckt wurde; hingegen die Schrift *De sensu composito et diviso* ist mit dem Commentare des Bened. Victorius wieder gedruckt Bonon. 1504. 4.)

348) *D. sens. comp. et div.*, f. 2 r. A: *Arguendo a sensu composito ad sensum divisum et e converso frequenter fallit consequentia. ..... Unde non est aliqua cautela, qua contingit frequentius et facilius fallere, ... quia multae sunt fallaciae, quae reducuntur ad divisionem et compositionem, unde est diligenter intelligendum, quomodo sit sensus compositus et divisus; ..... et frequenter sunt isti duo sensus similes multum secundum vocem et quoad intellectum omnino impertinentes et quoad formam arguendi. ...... Novem modis accidit diversitas componendi et dividendi.* ..... (B) *Quando aliquis modorum invenitur in aliqua propositione absque alio relativo implicativo sequenti, tunc est sensus divisus, et tunc tenetur illud verbum ampliativum in tali propositione personaliter; .... sed quando tale verbum vel suus modus totaliter praecedit in aliqua propositione, tunc est sensus compositus .... et significat identitatem instantaneam respectu propositionis sequentis, et tunc tenetur talis terminus ampliativus impersonaliter.*

349) Nemlich zu jenen neun Arten werden gerechnet: 1) *mediante verbo ampliativo „possum“ vel quocunque simili, ut „convenit, verum, possibile, impossibile, contingens“;* 2) *mediante termino habente vim confundendi, ut „requiro, indigeo, praesuppono, incipio, desidero, cupio, volo, teneo, debeo, necessarium, in aeternum, immediate“;* 3) *mediante termino relativo „qui, qualiscunque, quidquid etc.“;* 4) *mediante termino quandoque categorematice sumpto quandoque syncategorematice, ut „infinitus, totus“;* 5) *mediante copula „et“;* 6) *mediante determinatione „ita“ vel „sicut“;* 7) *mediante disiunctione „vel“;* 8) *mediantibus terminis verbalibus actum voluntatis sive intellectus significantibus, ut „scio, haesito, credo, volo, desidero, appeto“;* 9) *mediante termino accidentali posito a parte subiecti respectu verbi de praeterito vel de futuro.*

gleich falsch sein können (— vielleicht die Ansicht eines gewissen Suisset, vgl. auch Marsilius, unten Anm. 425 —), Andere hingegen dem *Insolubile* die Existenz-Berechtigung als Urtheil absprechen (s. Buridan, ob. Anm. 146, und Pseudo-Occam, Anm. 172, wozu vielleicht ein gewisser Dumbleton kommt), wieder Andere aber den Standpunkt vertreten, dass jedes *Insolubile* in sich die Möglichkeit des Wahrseins und des Unwahrseins trage (diess streift doch nahe an den Sachsen Albert, s. ob. Anm. 308, wenn auch vielleicht ein gewisser Clienton das Gleiche annahm), endlich aber noch eine vierte Meinung dahin geht, dass ein „*simpliciter insolubile*“ überhaupt nicht möglich sei, da bei den üblichen Beispielen thatsächlich die Bedingungen, durch welche ein Urtheil wirklich unlösbar wäre, nie vorliegen [350]). Diese letztere Ansicht macht nun Hentisberus zu der seinigen, insoferne bei sog. unlösbaren Sätzen in keinem Falle (also auch nicht, wenn es sich um copulative oder disjunctive Urtheile handelt) von einer schlechthin genauen Uebereinstimmung der *significatio* mit dem objectiven Thatbestande eine Rede sein könne, wornach wir uns so ziemlich bei jenem Vorbehalte des „*aliqualiter*“ befinden, welchen bereits Albert (a. a. O.) gemacht hatte [351]). Zur näheren Begründung

---

350) *De insol.*, f. 4 v. A: *Scribit una opinio, quod in insolubilibus satis est possibile, quod duo contradictoria sint simul falsa; unum enim significat omnino, sicut non est, et ideo sequitur, quod ipsum sit falsum, et aliud, quamvis significet praecise, sicut est, tamen se ipsum falsificat, quare non poterit esse verum. Est autem alia opinio, ... quod in insolubilibus non est verum contradictorium aliquod neque falsum, eo quod nullum insolubile est propositio. .... Tertia autem opinio tenet hanc conclusionem, ... quodlibet insolubile verum vel falsum esse, nullum tamen insolubile verum esse neque aliquod falsum. ..... Quarta opinio statuit, ... quod nullus est casus possibilis, qui aliquod simpliciter insolubile qualitercunque includat; unde non est iste casus possibilis, quod haec propositio „falsum est“ vel aliqua talis sit omnis propositio, et quod illa praecise significet, quod falsum est.* Cajetanus de Thienis bemerkt hiezu in seinem Commentare, f. 7 v. A: *Prima harum positionum est suisset, secunda ponitur a dulmentone, tertia est ricardi clientonis in sophismatibus suis.* Nun aber besitzen wir allerdings von einem gewissen Richard Suiseth (Notizen über ihn s. bei Jac. Brucker, Hist. crit. phil. III, p. 850 ff.) einige Tractate physikalisch-mathematischen Inhaltes (unter dem Titel „Calculator“ gedruckt Venetiis 1520. fol.), aber keine logische Schrift, vgl. jedoch auch folg. Abschn., Anm. 39; der hier genannte Dulmenton ist wohl identisch mit dem bei *Pitseus* (p. 414, ad ann. 1320; vgl. jedoch Abschn. XIV, Anm. 524) erwähnten Johannes Dumbleton; ein Clienton hingegen ist uns gänzlich unbekannt.

351) Ebend. f. 4 v. B: *Contra tres primas opiniones arguitur primo coniunctim, deinde contra singulas. ..... Quartam inter alias reputo sustinendam; eam vero non in totum satisfacere assero, ... existimo tamen, ipsam inter omnes magis esse propinquam veritati. .....* (f. 6 r. B) *Casus de insolubili est ille, in quo fit mentio de aliqua propositione, quae si cum eodem casu significet praecise, sicut verba illius communiter praetendunt, ad eam esse veram sequitur eam esse falsam et e converso. ..... Propositio insolubilis est, de qua fit mentio in casu insolubili ....* (v. A) *Si ponatur casus de insolubili et cum hoc supponatur, quod illud insolubile praecise significet, sicut termini istius communiter praetendunt, casus iste nullatenus admittatur. ..... Si fiat casus de insolubili et cum hoc supponatur, quod illud insolubile significet, sicut termini ipsius praetendunt, non tamen sic praecise, admisso isto casu concedendum est illud insolubile, ... et negandum est, illud esse verum. .....* (B) *Si fiat casus de insolubili et cum hoc supponatur, illud insolubile significare copulative praecise, sicut praetendunt verba illius, ... si oppositum illius copulati non possit stare cum toto casu, negandus est casus. ..... Si fiat casus de insolubili et*

und Durchführung dieses Standpunktes wird dann zunächst in mehreren Beispielen auf *scire* und den Gegensatz, in welchem es zu *dubitare* steht, hingewiesen [352]), sodann auf die relativen Termini, bei welchen unter verschiedenen Ansichten jene den Vorzug verdiene, dass die Bezeichnung solcher Begriffe durch ihre Rückbeziehung einigermassen restringirt werde [353]); hierauf folgt in gleicher Tendenz die Exposition der Begriffe „*incipit*“ und „*desinit*“ [354]), sowie der Hinweis auf die Verschiedenheit der Bedeutung des „*maximum*“ und „*minimum*“, je nachdem die Fähigkeit, auf welche sie bezogen werden, eine active oder eine passive ist [355]),

---

cum hoc supponatur, quod illud insolubile significet praecise disiunctive, sicut verba praetendunt, ... nisi illud disiunctum cum illo insolubili possit stare cum toto isto casu, non est casus admittendus. ..... (f. 7 r. A) *Tanquam pro fundamento dictum est, quod non est possibile, quod aliqua propositio insolubilis significet praecise, sicut verba illius communiter praetendunt, cum toto casu eiusdem insolubilis.*

352) C. 2, f. 12 v. A: *Scire sive dicatur proprie sive communiter, nihil scitur ab aliquo, quod eidem est dubium.* Hierüber nun folgen Sophismen: 1) *Ponatur, quod tu scias, quid sit verum istorum demonstratis istis contradictoriis tibi dubiis „Rex sedet“ et „Nullus rex sedet“, sic quod scias, quod, quodcunque istorum sit A, ipsum sit verum, nescias tamen, quid istorum sit A.* 2) *Ponatur, quod tu scias, quod hoc sit hoc, demonstrato Socrate, et nescias, quod hoc sit Socrates.* 3) *Ponatur, quod scias, quod hoc sit Socrates vel Plato, nescias tamen, an hoc sit Socrates, nec scias, an hoc sit Plato.* 4) *Sint A, B, C tres propositiones, quarum A et B sint scitae a te, et C sit tibi dubia, et nescias, quae illarum sit A vel B. ..... Ad haec omnia generaliter respondetur, quod nullum eorum probatur* (diess wird sodann in weitschweifigster Casuistik näher erwiesen).

353) C. 3, f. 20 r. A: *In terminis relativis sophismata multa concurrunt, ad quae solvenda diversi diversa principia sibi formant. Dicunt enim aliqui, quod relativum convertitur cum suo antecedente simpliciter tam quoad rem significatam quam quoad modum supponendi; hi concedunt istas copulativas „Asinus est animal, et illud est homo“ etc. ...... Ponunt autem alii, quod relativum convertitur cum suo antecedente, non tamen simpliciter, sed prout ipsum respectum habuerit ad praedicatum aut etiam ad subiectum; unde dicunt isti, quod illa copulativa est impossibilis. .... Sequitur tertia opinio, quam prae ceteris reputo sustinendam, sc. quod omne relativum quodammodo significat illud, quod suum antecedens, sed discretius seu minus confuse, prout est relatum ad illud; unde neganda est copulativa „Aliquid est, et quodlibet est illud“, et aliae huiusmodi.*

354) C. 4, f. 23 v. A: *Incipere dupliciter solet exponi, sc. per positionem de praesenti et remotionem de praeterito, ut quod in praesenti instanti est et immediate ante instans, quod est praesens, non fuit; aut per remotionem de praesenti et positionem de futuro. ...... Desinere etiam dupliciter potest intelligi, sc. vel per remotionem de praesenti et positionem de praeterito, ... vel per positionem de praesenti et remotionem de futuro. .... Qualitercunque autem intelligitur unum vel aliud, qualecunque incipiet aliquid esse vel desinet, ipsum in aliquo instanti incipiet vel desinet esse tale* (es folgt nun eine langathmige Widerlegung aller erdenklichen Einwände).

355) C. 5, f. 29 v. A: *De maximo et minimo circa finem seu terminum tam activae potentiae quam passivae divisiones fieri solent, quae difficultatem respondendi frequenter ingerunt. ..... Respectu termini seu finis potentiae activae per affirmationem de maximo et negationem de minimo disiunctive est divisio cuilibet assignanda; quoad potentiam vero passivam constat e versa vice penitus divisionem dandam esse. ..... In potentia enim Socratis activa, cum ipsa finita fuerit, erit dare maximum, quod Socrates sufficit portare, aut minimum, quod non. .... Sed potentia Socratis passiva, cuiusmodi est virtus visiva, e converso se habet, quia non est dare maximum, quod Socrates potest videre, vel minimum, quod non potest, sed maximum, quod videre non potest, vel minimum, quod potest* (auch diess wird ausführlichst durch gleiches Verfahren erwiesen).

und endlich eine nähere Betrachtung der drei Kategorien, unter welche der Begriff der Veränderung oder Bewegung fallen kann, nemlich der Quantität, der Qualität und des Ortes [356]). Hierauf bespricht und löst Hentisberus in grösster Ausführlichkeit noch 87 Sophismen, nemlich zunächst 32 allgemeinerer Natur, unter welchen die Mehrzahl bereits von Albert behandelt worden war [357]); sodann aber gruppirt er die übrigen nach den so eben erwähnten Gesichtspunkten, d. h. er führt zuerst solche vor, welche sich um Relative drehen [358]), dann mehrere betreffs *„incipit vel desinit“* [359]), hierauf über *scire* und *dubi-*

---

356) C. 6, f. 37 r. A: *Tria sunt praedicamenta vel genera, in quibus contingit motum fieri proprium; mutatur enim localiter, quantitative, vel qualitative, quodlibet, quod movetur.* Die weitschweifige Erörterung, welche an sich den Gebieten der Mechanik und der Naturwissenschaft angehört, dreht sich hauptsächlich um den Unterschied zwischen gleichartiger und ungleichartiger Bewegung (*uniformiter — difformiter*), sowie um die Frage, inwieweit jeder Theil eines Ganzen an der Bewegung des Ganzen participire. Der Zweck aber dieser Bewegungs-Lehre liegt nur in der Lösung jener einfältigen Sophismen, wie wir sie schon oben (Anm. 333 f.) bei dem Sachsen Albert trafen und hier unten wieder treffen werden (Anm. 362).

357) Unter den 32 Sophismen (f. 77 v. — 171 r. u. f. 183 v. — 188 v.) sind nur zwölf neu; nemlich: 1) ist das gleiche Thema wie bei Albert Nummer 1. 2) *Omne coloratum est* (dumme Spielerei, da *„coloratum“* sowohl Prädicat als auch Theil des Subjects sein kann). 3) *Omnis homo est totum in quantitate.* 4) gleich mit Albert 104. 5) = Alb. 21. 6) *Anima antichristi necessario erit.* 7) = Alb. 10. 8) = A. 39. 9) = A. 94. 10) *Quilibet homo morietur, quando unus solus homo morietur.* 11) *Tu es quodlibet vel differens a quolibet.* 12) = A. 41. 13) = A. 42. 14) *Omnis homo est animal et e converso.* 15) *Bis duo sunt tria* (beruht darauf, dass in *A B C bis duo*, nemlich *A B* und *B C* enthalten seien!). 16) = A. 17. 17) = A. 4. 18) = A. 53. 19) = A. 64. 20) = A. 65. 21) *Tu scis, quidquid scis.* 22) *Quodlibet aliquorum animalium est non homo.* 23) = A. 8. 24) = A. 3. 25) = A. 15. 26) = A. 2. 27) = A. 45. 28) = A. 226. 29) = A. 221. 30) *Socrates decipitur, nisi ipse decipiatur.* 31) *Necesse est, aliquid condensari, si aliquid rarefiat.* 32) *Impossibile est, aliquid calefieri, nisi aliquid frigefiat.* Zuletzt folgt noch in der Ausdehnung einer kleinen Monographie eine wiederholte Casuistik (f. 183 v.) über das Thema 7, welches bei Albert gleichfalls zweimal (10 u. 36) besprochen gewesen war.

358) f. 188 v. A: 33) *Infinitae sunt partes Socratis aequales non communicantes, quarum nulla est pars Socratis.* 34) *Si capio propositiones „Rex sedet“ et „Nullus rex sedet“ et „Tu stas“ et „Tu non stas“, omnia compossibilia istorum sunt, et illa nec sunt finita nec infinita.* 35) *Omnes homines similes currunt, et nullus illorum movetur.* 36) *Promitto tibi denarium, quem tibi non promitto.* 37) *Incipit esse instans, quod post hoc incipiet esse.* 38) ist gleich mit Albert 206. 39) *Incipit aliquis punctus moveri, qui per tempus terminatum ad hoc praesens instans quiescet.* 40) *Incipit aliqua pars assimilari, quae non desinit esse dissimilis assimilanti.* 41) *Aliqua propositio est vera, cuius contradictoria est vera.*

359) f. 189 r. B: 42) *Una propositio est quaelibet propositio, quam Socrates desinit scire, et tamen Socrates desinit scire decem propositiones.* 43) *Socrates velocius incipit moveri, quam ipsemet incipit moveri.* 44) *Socrates et Plato in infinitum tarde incipiunt moveri, et tamen Socrates in infinitum tardius incipit moveri, quam Plato.* 45) *In infinitum velociter incipit quilibet illorum punctorum moveri, quorum iam incipit aliquis in infinitum tarde moveri.* 46) *Nihil est in duplo albius alio.* 47) *Socrates desinit videre omnes partes continui, et tamen nullam partem desinit videre.* 48) *Socrates erit tantus, sicut erit Plato, et tamen nec incipit nec incipiet esse tantus.* 49) *Immediate ante erit Socrates tantus, sicut erit immediate ante Plato, et tamen immediate ante non erunt ambo aequales.* 50) = Alb. 204. 51) *Socrates continue augebitur per totam horam, et tamen desinet augeri ante finem illius horae.* 52) *Socrates desinit augmentari per tempus, antequam desinat augmentari.* 53) *Nun-*

tare[360]), über *maximum* und *minimum*[361]), und zuletzt einige bezüglich des Begriffes der Bewegung[362]).

Eine vereinzelte Notiz ist uns gelegentlich über Nicolaus von Oresme (gest. i. J. 1382) überliefert, welcher allerdings in seiner ganzen Thätigkeit dem Gebiete der Theologie angehört, aber auch dort stets als Vertreter der sog. nominalistischen Richtung bezeichnet wird. Derselbe nemlich steigerte Occam's Unterscheidung des *complexum* und *incomplexum* (s. vor. Abschn., Anm. 752 ff.) dahin, dass bei letzterem überhaupt ein fortschreitendes Erzeugen der Gedanken nicht möglich sei, da alles discursive Denken ausschliesslich in *complexa* sich bewege[363]), eine Auffassung, in welcher wir nur eine sehr berechtigte Consequenz

---

quam erit ita, quod Socrates incipit esse maior, quam est Plato, et tamen Socrates incipiet esse maior, quam Plato. 54) *Punctus pertransit lineam prius, quam illa erit pertransita.* 55) *Punctus incipit et desinit pertransire partem lineae, et tamen nec est nec fuit nec erit pertransiens aliquam partem.* 56) *Aliquando erit ita, quod Socrates incipit esse maior, quam Plato, et tamen Socrates nunquam incipiet esse maior, quam Plato.*

360) f. 191 v. A: 57) *A est scitum a te et idem est tibi dubium, supposito, quod A sit altera istarum ,,Deus est" et ,,Homo est asinus".* 58) *A scis esse verum, et tamen nullum A scis esse verum.* 59) *A scis esse idem sibi ipsi, et tamen A nescis esse idem sibi ipsi.* 60) *Apparet tibi, quod hoc sit nigrum, et tamen hoc non apparet tibi nigrum, supposito, quod oculi incipiant tibi caliginari.* 61) *Tu dubitas, te scire, regem esse Londonis.* 62) *Tu scis, aliquam propositionem esse verum, et tamen quaelibet propositio est tibi dubia.* 63) *Haec propositio est tibi dubia ,,Hoc est homo", et tamen non dubitas, an hoc est homo.*

361) f. 194 r. A: 64) *Non datur maximum, quod Socrates sufficit portare.* 65) *Non datur maximum, per quod antichristus potest esse futurus.* 66) *Non datur intensissimus gradus, quem habet calidum.* 67) *Non datur remissus gradus, quem non habet calidum.* 68) *Datur maximum, quod Socrates non potest videre.* 69) *Non datur minimum, quod Socrates potest videre.* 70) *Datur maximum activum, a quo passivum non potest pati.* 71) *Non datur minimum activum, a quo passivum potest pati.* 72) *Non datur minimum, quod non quodlibet fortius Socrate sufficit portare.* 73) *Datur maxima quantitas, quae poterit pertransiri in hora.* 74) *Datur maxima distantia, quae uniformiter possit pertransiri.* 75) *Non datur minima distantia, quae uniformiter non poterit pertransiri.* 76) *Non datur primum instans, in quo A poterit tangere B.* 77) *Non datur primum instans, in quo tu poteris esse.* 78) *Non datur maxima pars magnitudinis, quae rarefit.* 79) *Non datur minima pars magnitudinis, quae non rarefit.* 80) *Non datur maxima resistentia difformis, cuius aliquam partem sufficit A dividere.* 81) *Non datur minima potentia, quae sufficit portare A.* 82) *Non datur maxima potentia, quae non sufficit portare A.*

362) f. 198 r. B: 83) *Est motus uniformis quoad tempus et difformis quoad subiectum.* 84) *Est motus difformis quoad tempus et uniformis quoad subiectum.* 85) *Mobile movetur continue tardius, et tamen quilibet punctus eius intendit motum suum.* 86) *Mobile continue velocius movetur, et tamen quilibet punctus remittit motum suum.* 87) *Totum in motu circulari non movetur ita tarde, sicut aliqua eius pars* (weil der Mittelpunkt ruht). In ähnlicher Weise folgen noch etliche Spielereien über *augmentatio* und über *alteratio.*

363) Bricot, *Quaest. s. Anal. post.* — s. Abschn. XXII, Anm. 124 — (im 3. *Notandum* zur 1. *Quaestio*): *Fuit quaedam opinio, quae attribuitur Nicholao Oresme, tenens, nullam notitiam incomplexam posse ex altera generari. Quod probat sic: nunquam aliqua notitia potest ex alia generari nisi per discursum; sed discursus non est nisi complexorum; igitur una notitia incomplexa non potest ex alia generari. Sed haec opinio non mihi videtur esse vera, quia tunc nullos haberemus terminos mentales de genere substantiae etc.* Wahrscheinlich hatte Nicolaus diese Ansicht in seiner (noch ungedruckten) Schrift *De dici de omni in divinis* ausgesprochen.

der grundsätzlichen Bedeutung erblicken können, welche das logische Urtheil bereits bei Occam erhalten hatte (s. ebd. Anm. 743, 769, 792).

Von grossem Einflusse aber auf die Litteratur der *Summulae*, d. h. des Petrus Hispanus, war Marsilius von Inghen (gest. i. J. 1396), dessen Name bekanntlich ebensosehr in die Geschichte der Heidelberger Universität verflochten ist, wie das Auftreten des Albert v. Sachsen für Wien entscheidend war. Wir besitzen von Marsilius einen Commentar zu Petrus Lombardus [364]), eine Erläuterung der ersten Analytik [365]), und aus dem Umkreise der byzantinischen Logik eine Darstellung der sog. *proprietates terminorum* nebst den *Consequentiae*, welche allerdings nicht in ihrer ursprünglichen Form zum Drucke kam [366]); verloren sind für uns seine von ihm selbst einmal citirten *Quaestiones* zu *De interpr.*, sowie der Original-Text der *Quaestiones* zu Porphyrius und zu den Kategorien [367]). Eine Notiz über *Obligatoria* und *Insolubilia* s. unten Anm. 424 f.

Auch Marsilius gehörte der occamistischen Richtung an, welche nunmehr einmal die Majorität für sich hatte. Allerdings glaubte er, in Benützung eines Motives, welches wir schon bei Albert v. Sachsen trafen (nemlich die Restriction durch „*quod est*“, s. Anm. 292 u. 299), ein Mittel gefunden zu haben, um bezüglich der Trinität den Syllogismus und die Theologie wieder miteinander zu versöhnen [368]); aber im Gebiete der Logik stellt er sich wie alle Occamisten grundsätzlich auf den Standpunkt des *terminus* [369]), und gibt daher auch unter üblicher Begründung (vgl. ob. Anm. 64 u. 236) seine Abneigung gegen die platonische Auffassung der Universalien kund [370]). Und wenn er auch in der Frage über *unitas formae* die reelle Einheit der abschliessenden Form stärker

---

364) *Quaestiones Marsilii super quattuor libros sententiarum. Argent.* 1501. fol.

365) Gedruckt in der Ausgabe des Commentares des Aegidius zur ersten Analytik, s. vor. Abschn., Anm. 357.

366) In den oben, Abschn. XVII, Anm. 143, angeführten und mit U und V bezeichneten Ausgaben des Petrus Hispanus als zweiter Theil (unter fortlaufender Paginirung) gedruckt mit dem Special-Titel: *Clarissimi philosophi Marsilii de Inguen textus dialectices de suppositionibus, ampliationibus, appellationibus, restrictionibus, alienationibus, et duabus consequentiarum partibus abbreviatus ab omni errore mendaque purgatus cum solitis quaestionibus ac sophismatibus etc.* (ich citire nach V).

367) *S. An. pr.* I, qu. 4, f. 2 v. A: *De his autem magis habetur in Quaestionibus libri Periermenias.* Ueber eine hebräische Uebersetzung der *Quaestiones* zu *Isag.*, *Categ. u. Rhet.* berichtet Ad. Jellinek, *Marsilius ab Inghen.* Leipzig 1859. 8.

368) *S. Sent.* I, qu. 8, art. 3, f. XLVI v. A: *Omnes syllogismi omnium figurarum tenent etiam in divinis terminis, dummodo fiat debita distributio in praemissa regulante syllogismum, ita quod in ea sit verum dici de omni vel verum dici de nullo, quia sic videbitur non reperiri instantia; ..... illa signa distributiva sunt „Omne, quod est, Nihil, quod est, Omnes res, quae sunt, Nullae res, quae sunt, Omne idem, Nihil idem“. ..... Aristoteles nescivit huiusmodi trinitatis mysterium et ideo usus est signis consuetis.* S. Anm. 394 f.

369) Ebend. Qu. 12, art. 2, f. LVIII v. B: *Hoc nomen „substantia“ ..... dicitur a verbo „substo“; ..... verum illud substare sumpsit philosophus non pro esse subiectum realis inhaesionis, sed pro esse subiectum denominativae praedicationis* (s. sogleich unten Anm. 373)*; ..... dicuntur enim termini praedicamenti substantiae in omnibus terminis concretis aliorum praedicamentorum substare.*

370) Ebend. Qu. 6, art. 2, f. XXXVIII r. B: *Si esset homo universalis, ut philosophus videtur imponere opinioni Platonis, qui praedicaretur nomine suo de quolibet singulari homine, haec esset vera „Homo communis est res, quae sanatur“.*

betont, als Occam[371]), so schliesst er sich demselben doch bezüglich der *intensio et remissio formarum* wieder völlig an[372]).

In der Lehre vom Urtheile unterscheidet er eine *praedicatio identica*, welche mittelst einer Substitution ein wesentliches Merkmal aussage, und eine *praedicatio formalis*, welche unmittelbar eine einfache Inhärenz ausspreche, wobei dann unter ausdrücklicher Hervorhebung des Gegensatzes zwischen „*Veteres*" und „*Moderni*" bemerkt wird, dass bei Letzteren die *praedicatio formalis* in nominalistischem Sinne genommen werde und daher auch *denominativa* oder *adiectiva* heisse[373]). Die Erörterung des negativen Urtheiles zeigt auch hier, wie bei Albert von Sachsen (Anm. 286), jene sinnlos formale Auffassung, wornach die Bestandtheile des Urtheiles wie Objecte eines lediglichen Combinations-Spieles behandelt werden und sonach nur die äusserlichen Möglichkeiten der verschiedenen Stellung der Negation behufs einfältiger Spitzfindigkeiten in Betracht kommen[374]). Im Zusammenhange aber hiemit steht die Lehre von der Umkehrung der Urtheile, welche Marsilius äusserst ausführlich bespricht. Er betrachtet nemlich, wie auch schon Albert gethan hatte (Anm. 283 u. 286), die Umkehrung allerdings grundsätzlich als eine *consequentia formalis*, sobald mittelst des „*quod est*" eine prä-

---

371) Ebend. III, qu. 13, art. 1, f. CCCCXL v. B: *Non videtur, quod in corpore hominis sit forma corporeitatis substantialis distincta contra animam eius intellectivam.* Vgl. vor. Abschn., Anm. 818.

372) Ebend. II, qu. 11, art. 4, f. CCXLVIII v. B: *Est communis modernorum opinio, quod formae substantiales elementorum non suscipiunt magis neque minus, nec manent in mixto in actu, sed quod materiae eorum manent cum qualitatibus consimilibus, ... et sic elementa manent in potentia. .... Et hanc opinionem magis reputo probabilem.* Ebend. qu. 1, art. 1, f. CCI v. A: *Multarum qualitatum essentialis perfectio potest intendi et remitti.* Vgl. ebd. Anm. 819.

373) Ebend. I, qu. 6, art. 2, f. XXXVIII r. B: *Quaedam dicitur praedicatio identica, quaedam formalis, quam veteres vocabant per inhaerentiam, moderni vero denominativam* (vgl. Anm. 369) *vel adiectivam; formalis dicitur, ubi praedicatum secundum suam rationem propriam immediate dicitur de subiecto, ut „Homo est albus"; ...... identica dicitur, quando praedicatum dicitur de subiecto vere, sed mediante aliquo expresso vel intellecto, ut „essentia est generans", quia ratio generandi non immediate convenit essentiae, sed alicui rei, quae est essentia.*

legt er seine eigene Ansicht dar, welche sich an Occam's Auffassung betreffs der „*signa*" anlehnt (vgl. ebd. Anm. 768 ff.), dabei aber den „mentalen" Begriff in entschieden conceptualistischer Tendenz so sehr als wesentliche Grundlage festhält, dass die Sprache als eine durch das gesellige Leben gebotene Veräusserung und die Schrift als ein äusserlicher Nothbehelf bezeichnet wird [451]). Nur folgerichtig ist es, dass er von solchem Standpunkte die ganze Grammatik und jedes syntaktische Regime u. s. f. auf eine „mentale" Quelle zurückführt [452]).

Eine weitere Ausführung dieser Grundgedanken gibt dann die Schrift, welche den Titel „*Conceptus*" trägt. Dort fasst D'Ailly den *terminus mentalis* gleichsam im Sinne der aristotelischen Entelechie als eine lebendige Erweckung („*vitalis immutatio*") des potenziellen Erkenntnissvermögens, welches hiedurch Zeichen von Gegenständen empfängt, und so genommen bezeichnet er ausdrücklich *terminus mentalis* und *conceptus* und *actus intelligibilis* und *notitia apprehensiva* und *signum rei* sämmtlich als synonym [453]), so dass er sogar den *conceptus*

---

sic: multae sunt res, quae non habent tales proprietates, sicut patet de prima causa et de multis aliis subiectis separatis. ...... Item apparet totaliter voluntarie dictum, quia nec ratione nec experimento percipimus, talem modum esse ex parte rei.

451) *Unum eligam mihi apparentem modum dicendi veriorem. ...... Praemitto duas divisiones et unam declarationem. Divisio prima est, quod signorum aliud est mentale aliud vocale et aliud scriptum; ... secunda est, quod signorum quaedam significant naturaliter et quaedam ad placitum. .... Declaratio ponenda est, quare et ad quid voces fuerint impositae ad significandum. .... Voces fuerunt inventae ad exprimendum exterius alteri, quod per conceptum nullo modo potest ostendi; ..... ista expressio fuit homini necessaria eo, quod homo est animal politicum et sociale; ideo inventae fuerunt voces, ut ..... praecise id ad placitum significarent alteri exterius, quod signa mentalia, quae sunt naturales conceptus, interius significant. ..... Fuerunt scripta vocibus substituta, quod absentibus et multum distantibus nulla vox humana sufficit ad aliquem conceptum manifestandum.*

452) *Istis habitis ponendae sunt aliquae conclusiones: ...... In orationibus mentalibus est vera et propria congruitas ..... et proprium regimen. ..... Congruitas, regimen et constructio sunt naturaliter in propositionibus mentalibus ..... et per se et primo .... magis intrinsece, quam alicui alteri orationi; ...... sunt in oratione mentali sine tali modo significandi activo vel passivo. ..... Omne, quod regitur vel regit in oratione mentali, naturaliter regit vel regitur; ...... sicut nominativus casus, ita genitivus, dativus, accusativus et ablativus. ..... Nomen est ista vox, quae est nota alicuius conceptus nominalis; ...... sic ista vox „chimaera" est verissime nomen. ...... Omne regimen communiter usitatum est vel mentale vel vocale vel scriptum. ..... Cuiuscunque regiminis ultima vis, ad quam reducitur, est conceptus, ... quia voces subordinantur talibus conceptibus. ..... Nomen mentale est conceptus vel passio animae primo requisitus in compositione orationis mentaliter perfectae, et verbum mentale est conceptus animae secundario requisitus ad compositionem orationis mentaliter perfectae.* Von solchem Standpunkte aus folgt hierauf noch eine Widerlegung der sämmtlichen neunzehn obigen Motive der Scotisten.

453) *Terminorum alius mentalis alius vocalis alius scriptus. Terminus mentalis est conceptus sive actus intelligendi animae vel potentiae intellectivae; terminus vocalis est vox significans ad placitum; terminus scriptus est scriptura synonyma in significando voci. .... Terminus in tota sua communitate ...... est signum, quod ex impositione, quam actu habet vel ex natura sua, potentiae cognitivae eam vitaliter immutando aliquid vel aliqua vel aliqualiter natum est significare. ...... Vitalis immutatio est actualis notitia sive cognitio effective partialiter causata a potentia cognitiva vitaliter perceptiva et inhaerens ipsi. ...... Significare est idem quod signum rei facere; ..... signum uno modo est, quod ducit in notitiam rei ..... primariam ...... vel ...... memorativam; alio modo est ipsa notitia rei; hoc secundo modo*

in einen *incomplexus* und einen *complexus* eintheilen kann [454]). Bei jenem *terminus mentalis,* welcher befähigt ist, ein wesentlicher Bestandtheil des Urtheiles zu sein (— er nennt ihn wie Scotus *categorematicus,* s. ebd. Anm. 177 —), unterscheidet er eine Stufenfolge von *„significatione tantum"*, dann *„officio tantum"*, und zuletzt *„significatione et officio simul"*, je nachdem ein solcher Terminus bloss als Zeichen dient oder mit den grammatischen Momenten des Nominatives und des Indicatives in Verbindung tritt [455]). Die begriffliche Auffassung aber eines mündlich ausgesprochenen oder eines geschriebenen Wortes gilt ihm nur in uneigentlichem Sinne als ein mentaler Terminus, da die Worte nur in Folge einer willkürlichen Einrichtung einem sachlich objectiven Allgemein-Begriffe dienstbar untergeordnet werden [456]). Den mentalen Terminus im eigentlichen Sinne theilt er sodann in die übliche *prima* und *secunda intentio* ein, welch letztere darin gefunden wird, dass ein Begriff auf natürliche Weise einen Gegenstand bezeichnet, welcher selbst nur die Bezeichnung eines anderen durch ihn bezeichneten Gegenstandes ist [457]); eine zweite Eintheilung ist unter Ablehnung der scotistischen *modi significandi* wieder (vgl. Anm. 452) nur eine Verwandlung der üblichen grammatischen Kategorien in dasjenige, was hier als „mentaler" Akt durchgeführt wird [458]); eine dritte Eintheilung betrifft den occamistischen Gegensatz zwischen absoluter und connotativer Bedeutung [459]).

---

dicimus conceptum esse signum rei. .... Terminus mentalis, conceptus, actus intelligibilis, notitia rei apprehensiva idem sunt.

454) *Notitia apprehensiva incomplexa est conceptus rei incomplexus, ... complexa est conceptus complexus, et ista est adhuc duplex, quia quaedam est complexione distante, alia .... complexione indistante.* S. ob. Anm. 435.

455) *Terminus mentalis categorematicus est triplex: ...... „significatione tantum" est conceptus naturaliter significans aliquid vel aliqua non potens reddere suppositum verbo personali modi finiti nec appositum respectu nominis nominativi casus; .... „officio tantum" est, qui ex natura sua nihil significat, potest tamen esse appositum respectu nominis nominativi casus; ...... „significatione et officio simul" est, qui naturaliter significat aliquid et potest esse suppositum verbi personalis modi finiti et appositum nominativi casus.*

456) *Terminus mentalis improprie dictus est conceptus vocis vel scripturae, ... et, licet significet naturaliter proprie vocem vel scripturam, cuius est naturalis similitudo, potest tamen cum hoc significare ad placitum et subordinari alteri conceptui, ... v. gr. conceptus huius vocis „homo" naturaliter proprie significat illam vocem „homo", sed ad placitum significat omnes homines et sic subordinatur in significatione illi conceptui, qui naturaliter proprie est repraesentativus omnium hominum.*

457) *Terminorum mentalium proprie dictorum quidam est prima intentio, alius est secunda intentio. ..... Secunda intentio est conceptus sive actus intelligendi solum naturaliter significans rem, quae est signum alterius rei ea ratione, qua talis res est significata ad placitum per alium terminum.*

458) *Terminorum mentalium proprie dictorum aliqui naturaliter significant nominaliter et tales naturaliter sunt nomina, aliqui naturaliter significant verbaliter et tales sunt naturaliter verba, et sic de aliis partibus orationis. ..... Item aliquis naturaliter est nominativi casus, alter genitivi, et sic de aliis ..... Quare sequitur, quod regimen et constructio naturaliter conveniunt terminis mentalibus proprie dictis et non per aliquos modos significandi eis additos.*

459) *Terminorum mentalium proprie dictorum alter est absolutus, alter est connotativus. ...... Connotativus est, qui praeter illud, pro quo supponit, naturaliter aliquid intrinsece vel extrinsece, positive vel privative connotat. ..... Quilibet terminus connotativus habet plura significata, et ad minus habet duo, sc. unum formale*

Hierauf aber lässt D'Ailly in völlig parallel gehender Behandlungsweise den *terminus vocalis* folgen; er definirt nemlich vorerst denselben als eine werkzeugliche lebendige Erweckung des Erkenntniss-Vermögens, und weist darauf hin, dass auch Thiere dergleichen Sprachzeichen verstehen (vgl. Anm. 435), bei den Menschen aber die willkürliche Feststellung der Wortbedeutung mit der Gemeinsamkeit des Lebens zusammenhänge [460]. Sodann benützt er mit Marsilius (Anm. 400) den Begriff des „*significatum ultimatum*", um die *significatio non ultimata* als die der Allgemein-Begriffe zu bezeichnen [461]. Im Anschlusse an Buridan (Anm. 101) spricht er neben categorematischen und syncategorematischen Worten auch von gemischten, zu welch letzteren er sogar sämmtliche adjectivischen Verba rechnet [462]. Zuletzt führt er die Unterscheidung der *prima* und *secunda impositio* [463]) und abermals die Eintheilung in absolute und connotative Worte an [464].

Sodann aber findet die Zurückführung der logisch-sprachlichen Erscheinungen auf eine „mentale" Grundlage ihre Anwendung auf die *Insolubilia*, und D'Ailly erblickt nur in einem solchen Verfahren einen Ausweg aus den vielen dieselben betreffenden Schwierigkeiten und bunten Meinungs-Verschiedenheiten (s. ob. Anm. 350), welche er zu überwinden hofft, indem er in einem viergetheilten Plane vom Wesen des Urtheiles ausgeht [465]. Vorerst nemlich regelt er die übliche occamistische Drei-

---

et aliud materiale; materiale est illud, pro quo supponit; formale est illud, quod connotat.

460) *Terminus vocalis est vox significativa, ... i. e. quae apprehensa ab auditu ex impositione, quam actu habet, nata est potentiae cognitivae eam vitaliter immutando instrumentaliter aliquid vel aliqua vel aliqualiter repraesentare aliud a se. ..... Et dicitur „potentiae cognitivae" et non „intellectivae", quia non solum hominibus aliquid significatur, sed etiam brutis. .... Significare ad placitum non est aliud quam institutio facta per voluntatem et per placitum alicuius totius communitatis vel alicuius habentis auctoritatem et gerentis vicem totius communitatis.*

461) *Terminus vocalis dicitur significare ad placitum ultimate rem illam, ad quam significandam ultimate est impositus; ...... et dicitur significare ad placitum non ultimate illum conceptum sive terminum mentalem proprie dictum, cui in significando subordinatur, v. g. terminus vocalis „homo" significat ultimate omnes singulares homines et significat non ultimate conceptum naturaliter repraesentativum omnium hominum.*

462) *Terminorum vocalium quidam est mere categorematicus, ut „homo", alius est syncategorematicus, ut „omnis", alius est partim categorematicus et partim syncategorematicus, qui sc. potest resolvi in duos terminos, cuiusmodi est „nihil" vel „aliquid" vel generaliter omnia signa universalia vel particularia in neutro genere, ... ut „aliquid" resolvitur in „aliquod ens". ..... Omnia verba adiectiva, ut „lego, curro", sunt partim categorematica significatione et partim syncategorematica, ... et in mente eis vere respondet conceptus complexus.*

463) *Terminorum vocalium quidam est primae impositionis sive primae intentionis, quod idem est, alter est secundae impositionis sive secundae intentionis. .... Secundae intentionis est, qui ex impositione, quam actu habet, significat rem, quae est signum alterius rei ea ratione, qua est res significata per aliquem terminum.*

464) *Terminorum vocalium alii sunt absoluti, alii connotativi; sed hoc convenit termino vocali per impositionem, quia sc. subordinatur in significando termino mentali proprie dicto.*

465) *De vocatis insolubilibus ..... multi diversa et adversa censuerunt ..... In tanta sententiarum varietate viam quaerens evadendi et evacuandi difficultatem nullam adhuc inveni a quoquam esse demonstratam, quae ad plenum satisfaciat meae menti. Quapropter .... modum probabilem explanare tentabo, per quem radix difficultatis et*

gliederung in *propositio mentalis*, *vocalis*, *scripta* derartig, dass die letzteren beiden gleichmässig unmittelbar der ersteren Form untergeordnet seien, d. h. nicht etwa die *scripta* erst mittelbar durch die *vocalis*), und in der auf solche Weise übergeordneten *propositio mentalis* allein findet er nicht bloss die über alle Sprachen-Unterschiede erhabene einheitliche Gleichheit, sondern auch in essentiellem Sinne (d. h. nicht bloss significativ) die Befähigung zur Wahrheit oder Unwahrheit[466]). Diese bevorzugte und gleichsam ideale Geltung des mentalen Urtheiles führt ihn zur Erwähnung einer occamistischen Uebertreibung, wornach man das Zusammengesetzt-Sein des Urtheiles förmlichst verneinte, und wenn er als Vertreter dieser Ansicht einen „*doctor subtilis et solemnis*" erwähnt, so weist, da natürlich an Duns Scotus nicht gedacht werden kann, das uns zugängliche Quellen-Material nur auf Gregor v. Rimini hin[467]). Ja, er eignet sich diese Ansicht an, wenn auch unter erklärlicher Beschränkung auf das kategorische Urtheil, und indem er bezüglich der mentalen Form alle Motive einer Zusammensetzung abzuweisen sucht, schiebt er Alles, was zu „*compositio*" u. dgl. gehört, dem äusseren Auftreten und der äusserlichen *significatio* zu, da im Mentalen allein Einheit bestehe[468]). Hiedurch

---

radicalis ipsius solutio ..... poterit apparere. ..... Haec materia duas habet difficultates: ..... unam generalem de causa veritatis et falsitatis propositionum, aliam specialem de veritate et falsitate propositionum reflexionem habentium supra se. Circa primum duo sunt videnda: primum quid sit propositio .... proprie dicta, et quare sit propositio vera vel falsa; circa secundum duo sunt videnda: primum quid sit propositio habens reflexionem supra se, ... et qualiter sit respondendum ad tales, quae communiter dicuntur insolubilia.

466) *Propositio vocalis et scripta subordinantur mentali, sed non oportet, quod vocalis et scripta subordinentur sibi invicem, sicut multi ponunt; nam ..... scripta immediate repraesentat mentalem et non mediante vocali. ...... Unde mentales non diversificantur in hominibus, sed eaedem secundum speciem apud omnes significant naturaliter et sunt naturaliter propositiones et non ad placitum. .... Propositio mentalis proprie dicta est oratio mentalis naturaliter vera aut falsa. .... Propositio ad placitum significans debet describi per significare verum aut falsum, ... sed mentalis proprie dicta per esse verum vel esse falsum.* Vgl. ob. Anm. 225.

467) *Oritur dubitatio fortissima, utrum propositio mentalis sit essentialiter composita ex pluribus notitiis particularibus, quarum una sit subiectum, alia praedicatum et alia copula. ..... Fuit una responsio unius subtilis et solemnis doctoris, qui tenet in hac sententia partem negativam, unde primo ponit, quod nulla propositio mentalis de quocunque genere mentalium sit praedicto modo composita; ..... quia aliter sequeretur, quod esset possibile, duas propositiones mentales naturaliter et non ad placitum significantes esse omnino similes et eiusdem rationis specificae, quarum una esset possibilis et alia impossibilis; ..... nam propositio mentalis, cui subordinatur haec vocalis „Omnis albedo est qualitas", est possibilis et de facto vera; illa vero, cui subordinatur ista vocalis „Omnis qualitas est albedo", est impossibilis. .... Ulterius ponit praedicta opinio, quod affirmatio et negatio non debent dici in intellectu actus compositi seu complexi ad istum sensum, quod sint compositi essentialiter ex talibus notitiis partialibus distinctis, quarum una sit subiectum, alia vero praedicatum.* S. ob. Anm. 45.

468) *Licet praedicta opinio sit sustenibilis et probabilis, non tamen videtur mihi omnino continere veritatem ..... Omnis propositio mentalis hypothetica est ex pluribus notitiis partialibus essentialiter composita; ..... quaelibet propositio conditionalis mentalis est una consequentia, et quaelibet copulativa habet antecedens et consequens, ex quibus componitur; ..... quilibet syllogismus ..... componitur ex praemissis et conclusione. ..... Patet, quod praedicta opinio non est vera de qualibet propositione mentali generaliter. ..... Sed ..... nulla propositio mentalis categorica est essentia-*

hat er dann zugleich auch bereits sein zweites Thema erledigt, nemlich die Frage über Wahrheit und Unwahrheit des Urtheiles, denn diese können nun weder in der *significatio* noch auch, wie Buridan und Albert v. Sachsen betont hatten (s. Anm. 78 f. u. 231), in der *suppositio* liegen, sondern lediglich im mentalen Wesen des Urtheiles, d. h. in der mentalen Auffassung eines objectiven Sachverhaltes [469]). Und indem er gegen den Begriff eines „*complexe significabile*", welchen wir bei Gregor v. Rimini (ob. Anm. 40) trafen, polemisirt und alles Vielheitliche als blosses Moment der *significatio* lostrennt, bleibt ihm die Einheitlichkeit der Wahrheit nur für das mentale Urtheil übrig, und zwar hier sogar mit Einschluss contradictorischer Gegensätze, so dass ihm z. B. eine Behauptung, zu deren Widerruf Nicolaus v. Autricuria (s. ob. Anm. 4) genöthigt worden war, als gerechtfertigt erscheint [470]). Nun kommt er auf den dritten Punkt, nemlich auf jene Urtheile, welche sich auf sich selbst zurückbeugen — „*quae habent reflexionem supra se*" —, und unter Wiederholung seiner obigen Angaben über das äussere Auftreten

---

liter composita ex pluribus partialibus notitiis. ..... Affirmatio vel negatio in intellectu seu quaevis mentalis oratio non debet dici complexa propter hoc, quod sit composita ex pluribus notitiis partialibus essentialiter. ..... Oratio mentalis non debet dici complexa, quia aequivalet in significando pluribus vocibus vel scriptis orationem vocalem vel scriptam componentibus. ..... Nec propositio mentalis debet dici complexa, quia compositionem significat in entibus extra animam. .... Alia et alia ratione dicitur propositio mentalis complexa et propositio vocalis et scripta, nec oportet, quod, sicut oratio vocalis habet plures partes, ex quibus componitur, etiam mentalis habeat plures tales partes proprie dictas, sed bene aequivalet in significando pluribus notitiis, quae improprie possunt dici partes; non tamen dico, quod hoc sit ratione compositionis, sed solum ratione significationis.

469) *Videndum est, quid sit seu quare sit propositio vera vel falsa. ..... Propositio non est ideo vera vel falsa, quia significat verum vel falsum ad extra; ..... non ideo, quia eius subiectum et praedicatum supponat pro eodem vel non pro eodem. ..... Quaelibet propositio significans ad placitum ideo praecise est vera aut falsa, quia sibi correspondet mentalis proprie dicta vera vel falsa, ... et ideo praecise est possibilis vel impossibilis, quia correspondet sibi talis mentalis proprie dicta...... Quaelibet propositio mentalis proprie dicta simpliciter categorica et de inesse affirmativa, si sit vera, ideo est vera, quia, qualitercunque per eam secundum significationem totalem significatur esse vel fuisse vel fore, taliter est vel fuit vel erit; ..... et ideo est possibilis, quia, qualitercunque per eam secundum significationem totalem significatur esse vel fuisse vel fore, taliter potest esse vel fuisse vel fore.*

470) *Est una opinio, quae ponit, quod significatum propositionis adaequatum et totale est complexe significabile verum vel falsum. ..... Sed nullum est nec potest esse complexe significabile verum aut falsum ad intellectum praedictae opinionis. ..... Quidquid est aut potest esse, est complexe significabile. ..... Nihil est significatum adaequatum seu totale alicuius propositionis mentalis proprie dictae, quia quaelibet talis ratione suarum partium, quibus aequivalet in significando, plura significat ad invicem distincta. ...... Quidquid significatur per aliquam propositionem mentalem proprie dictam secundum eius totalem significationem, etiam idem significatur per aliquam eius partem. ..... Omnes propositiones mentales proprie dictae ad invicem contradictoriae significant idem aut eadem omnino, licet alio et alio modo. ..... Si vero obiiciatur, quod inter articulos Parisiis condemnatos contra magistrum Nicolaum de Alticuria unus est iste „Hae propositiones „„Deus est"" et „„Deus non est"" idem significant, licet alio et alio modo", respondeo, quod multa fuerunt condemnata contra eum causa invidiae, quae tamen postea in scholis publice sunt confessa, tamen ..... dico, quod est verius de propositionibus mentalibus improprie dictis vel etiam de vocalibus ad placitum significantibus.*

der Bezeichnung und zugleich unter Ablehnung anderer Meinungen verlegt er das Wesen des *Insolubile* in eben dieses eigenthümliche Verhältniss, dass ein Urtheil, indem es sich auf sich zurückbeugt, seine eigene Unwahrheit aussagt [471]). So bekämpft er vorerst sowohl Buridan's Ansicht, welcher die *Insolubilia* mit der sachgemässen *significatio* der Urtheile in Verbindung gebracht hatte (s. ob. Anm. 79 u. 145), als auch jede Ausdehnung des Begriffes *Insolubile* über die so eben angegebene Gränze hinaus [472]), und dann untersucht er das von ihm zu Grunde gelegte „*falsificare se ipsas*", je nachdem dasselbe unbedingt in allen Fällen oder direct oder indirect u. s. f. eintrete [473]). Hierauf kehrt er wieder auf die in der *significatio* beruhende Darstellung zurück und theilt dieselbe in eine vorstellungsweise (*obiective*) und eine gegenständlich formelle (*formaliter*), um bezüglich des „*significare se ipsas*" den mündlich gesprochenen und den geschriebenen Urtheilen nur die vor-

---

471) *Inquirendum est, quid sit propositio habens supra se reflexionem et de ipsarum differentia. ..... Significare vel significatio est aliquid repraesentare vel alicuius repraesentatio potentiae cognitivae; dico enim „cognitivae" et non „intellectivae", quia ..... etiam potentiae sensitivae potest aliquid repraesentari* (s. ob. Anm. 460). ..... *Propositio insolubilis seu insolubile est propositio, quae significat, se esse falsam; non enim dicitur insolubile, quia nullo modo possit solvi, ... nec quia difficulter potest solvi, ut dicit quidam doctor* (d. h. Albert, s. oben Anm. 307), ... *sed quia difficultas provenit ex eo, quod talis propositio significat, se ipsam esse falsam. Ideo patet, quod omne insolubile est propositio habens reflexionem supra se, licet non e contra ..... Nulla propositio habet reflexionem supra se nisi in qua ponitur terminus appropriate significans propositionem, sicut sunt termini „verum, falsum, universale, particulare, affirmativum, negativum, dubium, creditum, scitum" et similes.*

472) *Ex praedictis ..... sequitur falsitas cuiusdam opinionis famosae, quae ponit, quod omnis propositio significat, se esse veram, ... et falsitas opinionis cuiusdam magistri, qui ponit, quod omnis propositio affirmativa categorica significat, se esse propositionem, et significat, idem esse, pro quo supponit eius subiectum et praedicatum, ... et falsitas cuiusdam dicti illius magistri salva eius reverentia, sc. quod affirmativa categorica duas habet significationes, unam de re ad extra, quam vocat materialem significationem, et aliam de suis terminis et de se ipsa, quam vocat formalem; ..... sequitur contra dictum magistrum, quod haec non est insolubilis nec significat, se ipsam esse falsam: „Socrates proiiciet Platonem de ponte, posito casu, quod Socrates dixerit, quod omnis asserens falsum proiicietur de ponte, et solus proferens verum transibit pontem, et tunc veniet Plato et profert Socrati dictam propositionem". ..... Communiter multae propositiones enumerantur inter insolubilia, quae tamen non sunt, quia non significant, se ipsas esse falsas, ut „Socrates scit se errare", „Socrates fingit se esse sophistam"* (s. oben Anm. 310), *„Socrates maledicit Platoni", et ita de multis aliis, quae communiter ponuntur in practica sophismatum insolubilium.*

473) *Solum ponam distinctiones de propositionibus falsificantibus se ipsas, quia de illis est specialis difficultas et non de aliis. ..... Quaedam significant, se esse falsas, de per se, i. e. omni casu circumspecto, quaedam de per accidens, sc. expositione alicuius casus; ..... unde patet error quorundam dicentium, quod nulla propositio insolubilis vel falsificans se ipsam est falsa nisi ex casu. ..... Quaedam significant directe et tales sunt illae, in quibus affirmatur ille terminus „falsum" de termino supponente pro se ipsis, quaedam vero significant indirecte seu consecutive. ..... Propositionum significantium, se esse falsas, indirecte seu consecutive quaedam significant immediate, i. e. se ipsis solum, quaedam vero mediantibus aliis propositionibus, ... e. gr. per suam contradictoriam ....., et hae aut mediantibus aliis propositionibus, quas ipsae eaedem significant, ... aut mediantibus aliis propositionibus, a quibus ipsae significantur.*

stellungsweise Darstellung, nie aber die formelle, zuzugestehen [474]), woraus das in zahlreichen Wendungen dargelegte Resultat sich von selbst ergibt, dass die ganze *insolubilitas* überhaupt nicht die „mentalen" Urtheile im eigentlichen Sinne des Wortes berühre, sondern nur bei uneigentlichen mentalen und den diesen gleichstehenden mündlichen und schriftlichen Urtheilen erscheinen könne [475]). Auf dieser Grundlage erledigt sich dann der vierte Gegenstand der Erörterung, nemlich die Beantwortung oder Lösung der *Insolubilia*, welche darin beruht, dass in Folge der Parallelisirung eines mündlichen Urtheiles und des ihm entsprechenden mentalen das sog. *insolubile* sich zugleich als wahr und als unwahr und hiemit als einen blossen Schein zeigt, welcher der aristotelischen Terminologie *„propositio plures"* anheimfällt [476]).

---

474) *His visis ..... sciendum est, utrum reflexio supra se possit competere propositioni mentali proprie dictae. ..... Repraesentatio* (s. ob. Anm. 471) *potest fieri dupliciter sicut et significatio, sc. obiective et formaliter; ..... imago enim regis significat regem obiective, ... conceptus vero mentalis, quem habeo de rege, significat regem formaliter, quia est formalis cognitio regis. ..... Significare aliquid obiective nihil aliud est, quam esse obiectum alicuius cognitionis formalis; significare vero formaliter nihil aliud est, quam esse formale in cognitione alicuius obiecti. ..... Quaelibet res, quantum est de se, potest significare se ipsam obiective. ..... Nulla res creata potest esse propria et distincta cognitio formalis sui ipsius. ..... Nulla propositio vocalis vel scripta potest significare se ipsam vel aliquid aliud formaliter, ... quia nulla talis potest esse formalis cognitio potentiae cognitivae. ..... Quaelibet propositio vocalis vel scripta per prius significat se ipsam, quam aliquid aliud.*

475) *Ponam aliquas conclusiones, quae forte aliquibus prima facie apparebunt extraneae et mirabiles: ..... Nulla propositio mentalis proprie dicta potest significare, se ipsam 'esse' falsam. ..... Impossibile est intellectui primo formare propositionem universalem mentalem proprie dictam significantem, omnem propositionem mentalem esse falsam. .... Intellectus non potest formare propositionem mentalem proprie dictam, quae significet, suam contradictoriam esse veram. .... Nulla propositio mentalis proprie dicta potest significare, se ipsam esse veram, ... nec potest habere reflexionem supra se ipsam. ..... Sed contra dicta oritur dubitatio fortissima, ... quia certum est, quod possumus formare istam „Aliqua propositio mentalis est falsa"; ..... pro solutione vero pono aliquas conclusiones: .... Pars propositionis mentalis proprie dictae non potest supponere pro ipsamet propositione, ... nec potest supponere pro contradictoria illius propositionis, cuius est pars, ... nec potest supponere respectu huius termini „verum" pro propositione significante illam propositionem. .... Pars propositionis ad placitum significantis non potest supponere pro propositione mentali proprie dicta sibi correspondente. .... Quolibet modo reflexionis propositio vocalis vel scripta aut mentalis improprie dicta potest habere reflexionem supra se. ..... Patet, quod omnis propositio insolubilis est propositio vocalis vel scripta aut mentalis communiter dicta, quia nulla insolubilis est mentalis proprie dicta, ... et propositionis vocalis vel scriptae vel mentalis communiter dictae pars potest supponere pro tota propositione, cuius est pars.*

476) *Nunc videndum est de talium propositionum veritate aut falsitate, et per hoc apparebit, qualiter sit respondendum ad tales propositiones, quae communiter dicuntur insolubilia. ..... Omnis propositio insolubilis habet aliquam propositionem mentalem proprie dictam sibi correspondentem. ..... Cuiuslibet propositionis insolubilis et alicuius propositionis mentalis proprie dictae sibi correspondentis termini sibi invicem correspondentes significant idem et pro eodem supponunt. ..... Qualitercunque per insolubilem significatur ad placitum, taliter per aliquam mentalem vel aliquas mentales significatur naturaliter. ..... Quaelibet propositio insolubilis est falsa ex eo, quod falsificat se ipsam. ..... Quaelibet propositio significans praecise, se ipsam esse veram, est vera. ...... Cuilibet propositioni insolubili correspondet aliqua mentalis vera .... et aliqua mentalis proprie dicta falsa. ..... Cuique propositioni inso-*

Was endlich die Schrift über die *Exponibilia* betrifft, so hat D'Ailly in dieselbe alles Mögliche aus der Lehre vom Urtheile und den *Consequentiae* hineingepfropft, was wir füglich bei Seite lassen dürfen, um uns auf das Wesentliche und Neue zu beschränken. Nachdem D'Ailly eine ganz unmässige Ausdehnung, welche Einige dem Umkreise der exponiblen Sätze geben wollten, von sich gewiesen [477]), stellt er entsprechend seinen allgemeinen Grundsätzen auch hier die Ansicht an die Spitze, dass sowohl dem exponiblen Urtheile selbst als den dasselbe exponirenden je ein „mentales" Urtheil correspondire [478]). Nach einer Bemerkung über nothwendige Vorsicht bezüglich der allgemein bejahenden oder verneinenden Urtheile [479]), sowie über den sog. Ablativus absolutus als einen exponiblen Ausdruck [480]), beginnt er die Einzeln-Erörterung mit den Exceptiv-Sätzen, für welche er vorerst zehn allgemeine und anderweitige Regeln vorausschickt [481]), um dann drei *dubitationes* folgen zu lassen.

---

lubili duae mentales proprie dictae, quarum una est vera et alia falsa, correspondent inconiuncte. ..... Quaelibet propositio insolubilis est simul vera et falsa, ... et eius contradictoria est simul vera et falsa. .... Aliquae sunt propositiones omnino similes in voce et de terminis pro eodem supponentibus, quarum una est simpliciter falsa vel saltem non simpliciter vera, alia vero simpliciter vera; .... hae apparent contradicere, non tamen contradicunt veraciter. .... Nulla propositio insolubilis vel eius contradictoria est simpliciter vera vel simpliciter falsa, ... et nulla est simpliciter impossibilis. .... Ad nullam propositionem insolubilem vel eius contradictoriam est danda unica responsio, ... quia secundum Aristotelem secundo Elenchorum ad propositionem plures non est danda unica responsio.

477) Cap. 1: *Sunt quaedam categoricae, quae formaliter aequivalent hypotheticis. ...... Aliqui dicunt, quod de numero talium propositionum sunt omnes, in quibus ponuntur termini privativi, negativi vel infiniti, ut sunt „caecus, ingenerabile, non homo" et huiusmodi, et etiam ficti, ut „chimaera, vacuum", ... imo omnes propositiones, in quibus ponuntur termini relativi vel generaliter quicunque termini connotativi. ..... Sed si illud est verum, apparet mihi, quod ita potest dici de qualibet propositione categorica.*

478) Ebd.: *Prima dubitatio est, utrum propositio categorica et ipsa propositio hypothetica, cui aequivalet, praecise idem significant ita, quod correspondeant eaedem mentales. ..... Non solum propositiones sunt exceptivae vel exclusivae in voce, imo etiam in mente, unde ...... intellectus format exclusivam mentalem illi vocali correspondentem. ..... Ex quo sequitur, quod .... talibus propositionibus non correspondet eadem mentalis, imo uni una et alteri altera.*

479) Ebd.: *Secunda dubitatio est, utrum quaelibet propositio universalis formaliter aequivaleat uni hypotheticae ..... compositae ex suis singularibus. ..... Patet de illa, in qua ponitur aliquod tale signum „uterque, neuter". ..... Non valet de illa, in qua a parte subiecti ponitur aliquod signum tale „omnis, nullus, quilibet", quando coniunguntur in terminis rectis, ut „Quilibet homo currit"; .... quia aliqua universalis est possibilis, et tamen copulativa composita ex suis singularibus est impossibilis.*

480) Ebd.: *Tertia dubitatio est, utrum illa sit categorica vel hypothetica „Socrates dormit Platone vigilante". .... Sciendum est, quod ablativus absolutus secundum grammaticos exponitur tripliciter, sc. per „dum", per „si", vel per „quia".*

481) C. 2: *Haec dictio „nisi" quandoque sumitur exceptive, ... quandoque vero tenetur consecutive. .... Dictio „praeter" aliquando tenetur exceptive, aliquando distributive. ..... Ponendae sunt regulae:* 1) *Nunquam exceptio debet fieri nisi a toto in quantitate. ... ..* 2) *Nunquam exceptiva, in qua dictio exceptiva non negatur, est propria, nisi eius praeiacens sit universalis. ....* 3) *Negatio negans, quamvis praecedat dictionem exceptivam, tamen non negat ipsam, nisi etiam cadat supra signum universale. .....* 4) *Non semper loco illius orationis „non omnis" ponitur convenienter haec oratio „aliquis non". ....* 5) *Aliquae sunt propositiones uni-*

Die erste derselben betrifft die Supposition in den Exceptiv-Urtheilen, wobei wir gelegentlich erfahren, dass Einige die *suppositio confusa distributiva* noch in eine *absoluta* und eine *limitata* eintheilten [482]; der zweite Zweifel hat die Exposition dieser Urtheile zum Gegenstand [483]), sowie der dritte die Umkehrung derselben [484]). In völlig analoger Behandlungsweise folgen hierauf die Exclusiv-Sätze zunächst in verschiedenen allgemeineren Gesichtspunkten [485]) und dann gleichfalls in drei Zweifeln

---

versales contrariae, quae non habent subcontrarias. ..... 6) *Descendendo sub termino distributo propositionis exceptivae non debet poni exceptio in singularibus, per quas descenditur. .....* 7) *Syllogizando ex propositionibus exceptivis oportet, quod medium maneat in propria forma in utraque praemissarum. .....* 8) *Ubi non potest salvari proprietas locutionis ponendo dictionem „praeter", loco illius debet poni „alius" ....* 9) *Si exceptio cadat supra terminum communem, non debet primo fieri descensus sub illo termino communi, super quem cadit illa dictio exceptiva, sed sub termino, a quo fit exceptio. .....* 10) *Omnis propositio exceptiva est impropria, in qua illud, a quo fit exceptio, continetur sub illo, quod excipitur.*

482) Ebd.: *Prima est dubitatio, quomodo supponunt termini in propositione exceptiva. ..... Aliqui dicunt, quod praedicatum in affirmativa habet suppositionem confusam tantum, ... et subiectum habet suppositionem confusam et distributivam; tamen isti distinguunt de suppositione confusa et distributiva, quia quaedam est absoluta, ... alia limitata et arctata, quando terminus non pro quolibet sub eo contento distribuitur ratione alicuius termini additi; et hoc modo subiectum propositionis exceptivae supponit, ut illi dicunt. .... Dico, quod est aliqua propositio exceptiva affirmativa, cuius subiectum determinate supponit, sc. illa, in qua dictio exceptiva negatur. .... Cuiuslibet affirmativae, in qua dictio exceptiva non negatur, subiectum habet suppositionem confusam et distributivam absolutam. .... Si exceptiva fuerit negativa, tum subiectum quam praedicatum supponit confuse et distributive. .... Terminus discretus supponit semper discrete; ideo dictio cadens quaecunque super ipsum non mutat suppositionem; quando vero dictio exceptiva cadit super terminum communem, tunc, si dictio exceptiva non negetur, ipsa facit terminum supponere confuse et distributive. ... In qualibet exceptiva subiectum et praedicatum supponunt eodem modo sicut subiectum et praedicatum suae praeiacentis. .... Cuiuslibet exceptivae, cuius exceptio negatur, subiectum supponit determinate vel confuse tantum.*

483) Ebd.: *Secunda dubitatio est, quomodo sunt exponendae propositiones exceptivae. .... Omnis exceptiva, in qua dictio exceptiva non negatur, exponitur per unam copulativam, cuius una pars est copulativa affirmativa et alia negativa. ...... Omnis, in qua dictio exceptiva negatur, contradicit uni, in qua dictio exceptiva non negatur; ideo est exponenda per unam propositionem contradictoriam illi, per quam sua contradictoria exponitur.*

484) Ebd.: *Tertia dubitatio est, quomodo propositiones exceptivae convertuntur. .... Nulla exceptiva formaliter convertitur in aliam exceptivam, ... sed in unam non exceptivam, cuius subiectum est praedicatum exceptivae, et praedicatum est totum aggregatum ex termino, a quo fit exceptio, et parte extra capta et termino, supra quem cadit exceptio, mediante oratione „quod est". .... Quod dictum est, habet veritatem in omnibus, in quibus dictio exceptiva non negatur. .... Exceptiva, in qua dictio exceptiva negatur, non convertitur.* Hierauf wird die allgemein übliche Figur der Entgegensetzung und Subalternation der Urtheile auf die vier exceptiven Urtheile angewendet: *„Omnis homo praeter Socratem currit. Omnis homo praeter Socratem non currit. Non omnis homo praeter Socratem non currit. Non omnis homo praeter Socratem currit".*

485) C. 3: *Videndum est de propositionibus exclusivis. ..... Dictio exclusiva quandoque se tenet a parte subiecti et quandoque a parte praedicati et quandoque cadit supra totam propositionem, ... et ultimo modo facit propositionem exclusivam. ..... A propositione de inesse affirmativa ad aliam affirmativam de eodem subiecto et praedicato cum dictione exclusiva capta proprie est bona consequentia. ..... Si dictio exclusiva capiatur improprie et addatur verbo, tunc excluditur a subiecto omne*

erörtert, nemlich über ihre Supposition [486]), ihre Exposition [487]), und ihre Umkehrung [488]). Ebenso ergeht es mit den reduplicativen Ausdrücken, deren Unterscheidung in „*gratia concomitantiae*" und „*gratia causae*" neu ist [489]); nur wird hier zuerst von ihrer Exposition [490]), dann von ihrer Supposition [491]) und hierauf von ihrer Umkehrung gehandelt [492]). Sodann bezüglich der Worte „*incipit, desinit*" schliesst er sich in einer üblichen Controverse an Albert v. Sachsen an und vermehrt

---

illud verbum, quod importat actionem distinctam. ..... Proportionabiliter potest dici de illa, in qua dictio exclusiva cadit supra subiectum. ..... In illis, in quibus cadit supra totam propositionem, ... si dictio exclusiva capiatur secundum impropriam significationem, adhuc exclusio potest esse duplex: una, quando praecise excludit praedicatum ab omni communi repugnanti subiecto; alia, quando excludit praecise pluralitatem maiorem, quam sit expressa per subiectum.

486) Ebd.: *Prima dubitatio est, quomodo supponunt termini in propositione exclusiva. ..... Subiectum, si sit terminus communis, supponit confuse tantum; si tamen sumatur cum signo distributivo, supponit confuse et distributive. ...... Exclusiva affirmativa, in qua dictio exclusiva negatur, contradicit uni negativae, in qua dictio exclusiva non negatur; et ideo suppositio erit e converso .....*

487) Ebd.: *Secunda dubitatio est, quomodo exponendae sunt exclusivae. ..... Omnis talis exponitur per copulativam compositam ex eis, quarum prima est affirmativa praeiacens remoto signo exclusiva et secunda est universalis negativa. ..... Omnis illa, in qua dictio exclusiva negatur, exponitur per unam disiunctivam.*

488) Ebd.: *Tertia dubitatio est, quomodo exclusivae convertantur. .... Non convertitur formaliter in alteram exclusivam ..... in affirmativis. ..... Sed negativa, ... in qua dictio exclusiva non negatur, potest converti in exclusivam negativam similem. ..... Affirmativa, in qua dictio exclusiva non negatur, potest converti in universalem de terminis transpositis. ..... Affirmativa, in qua dictio exclusiva negatur, potest converti in affirmativam exclusivam similem.* Hierauf folgt gleichfalls (vgl. ob. Anm. 484) eine Figur der Entgegensetzung.

489) C. 4: *Videndum est de propositionibus reduplicativis. .... Dictiones „inquantum, secundum quod" quandoque tenent reduplicative, ... aliquando autem specificative. ..... Vel fit reduplicatio gratia concomitantiae vel fit gratia causae.*

490) Ebd.: *Prima dubitatio est, qualiter debent exponi reduplicativae. ..... Affirmativa, in qua dictio reduplicativa non negatur, si reduplicatio fiat gratia concomitantiae, debet exponi per copulativam affirmativam compositam ex quatuor propositionibus etc.* (d. h. die übliche Lehre, s. Abschn. XVII, Anm. 262, u. Abschn. XIX, Anm. 924); ..... *si reduplicatio fiat gratia causae, ... ultra requiritur, quod terminus, supra quem cadit reduplicatio, exprimat causam in particulari. .... Negativa, in qua dictio reduplicativa non negatur, si reduplicatio fiat gratia concomitantiae, debet exponi per copulativam affirmativam compositam ex quatuor propositionibus etc.* (ebenso). .... *Si fieret reduplicatio gratia causae, ... loco conditionalis debet capi causalis. ..... Omnis illa, in qua dictio reduplicativa negatur, semper contradicit universali reduplicativae, in qua dictio reduplicativa non negatur, ... et est exponenda per propositionem contradictoriam, ... i. e. per affirmativam disiunctivam compositam ex quatuor partibus contradictoriis.*

491) Ebd.: *Secunda dubitatio est, quomodo supponunt termini in reduplicativa. ..... Omnes termini praeter terminum reduplicatum supponunt eodem modo sicut in praeiacente. .... In omni, in qua dictio reduplicativa non negatur, terminus reduplicatus supponit confuse et distributive; ..... in qua reduplicatio negatur, supponit determinate et confuse tantum.*

492) Ebd.: *Tertia dubitatio est, quomodo reduplicativae convertuntur. ..... Reduplicativa non convertitur formaliter in reduplicativam affirmativam, ... sed in unam non reduplicativam, sc. in unam, cuius subiectum est aggregatum ex praedicato prioris et illo termino, supra quem cadit reduplicatio, mediante hoc pronomine „quod".* Hierauf folgt abermals eine entsprechende Figur.

die Regeln der Exposition [493]), worauf er noch Zweifel über die Untheilbarkeit des „*nunc*“ [494]), über die Supposition [495]) und über die Umkehrung der betreffenden Urtheile folgen lässt [496]). Zum Schlusse erwähnt er noch das Verbum „*fit*“, welches er jedoch sehr kurz erledigt, da es der Naturphilosophie angehöre [497]).

Ein abschliessender Höhepunkt des „üppigsten Wucherns der scholastischen Logik“ liegt in der schriftstellerischen Thätigkeit des **Paulus Nicolettus Venetus** (häufig nur Paulus Venetus genannt, gest. im Jahre 1428), und sollte dem Leser nicht bereits durch die bisher vorgeführte Reihe von Autoren die Ueberschrift, welche ich dem gegenwärtigen Abschnitte gab, als gerechtfertigt erschienen sein, so wird ohne Zweifel dieser Autor hiefür den erforderlichen Eindruck hervorrufen.

---

493) C. 5: *Restat determinare de propositionibus, in quibus ponuntur verba „incipit“ et „desinit“. ..... Quaecunque propositio, in qua verbum „incipit“ non negatur et verbum „esse“ negatur, aequivalet uni affirmativae de verbo „desinit“, in qua verbum „desinit“ affirmatur; et e converso. ..... Dicunt aliqui, quod aliter exponuntur in successivis et aliter in permanentibus* (s. ob. Anm. 282); ..... *sed videtur rationabilius, quod eodem modo exponantur respectu quorumcunque praedicatorum. ..... Propositio de verbo „incipit“ potest dupliciter exponi; uno modo per propositionem de praesenti et remotionem de praeterito, ... alio modo per propositionem de futuro et remotionem de praesenti. ..... Illa verba „incipit“ et „desinit“ includunt negationem non simpliciter negantem nec simpliciter infinitantem. ..... Negativa de „incipit“ vel „desinit“ debet exponi per unam disiunctivam compositam ex partibus contradicentibus partibus illius copulativae, per quam exponebatur affirmativa sibi contradictoria. ..... Multae propositiones de „incipit“ et „desinit“ sunt distinguendae penes amphibologiam ex eo, quod de virtute sermonis habent unum sensum et unam expositionem et secundum usum loquentium alium sensum et aliam expositionem. ...... Ista consequentia non valet: „Socrates incipit scire omnem propositionem; „deus est“ est propositio; ergo Socrates incipit scire propositionem „deus est““. ...... Non sequitur: „Socrates incipit esse albus; ergo Socrates incipit esse coloratus“.*

494) Ebd.: *Prima dubitatio est, quid demonstretur per litteram „hoc“ et litteram „nunc“, quando dicitur „Socrates nunc erit et immediate ante hoc non fuit“. ..... Aliqui dicunt, quod non sunt aliqua instantia indivisibilia in tempore sicut nec momenta in motu. .... Per illud „nunc“, quod est tempus praesens, non demonstratur tempus indivisibile; ..... possumus uti tempore praesenti pro ita magno tempore sicut placet, sc. pro hora, die, mense, anno etc.*

495) Ebd.: *Secunda dubitatio est, quomodo supponunt termini in propositionibus de „incipit“ et „desinit“. ..... Subiecta talium propositionum supponunt eodem modo sicut in suis praeiacentibus. ..... Terminus a parte praedicati positus, qui sequitur illa verba, in una exponente supponit una suppositione et in alia exponente alia suppositione. ..... Una suppositio est, secundum quod contingit descendere cum pronomine demonstrativo, ... alia est, secundum quam sic non contingit descendere. ...... Primo autem modo non supponit terminus, qui sequitur verba „incipit“ et „desinit“.*

496) Ebd.: *Tertia dubitatio est, quomodo convertuntur propositiones de „incipit“ et „desinit“. ..... Non convertuntur in propositiones similes. ..... Propositio de „incipit“ debet converti in unam de praesenti et de futuro disiunctive; similiter illa de verbo „desinit“.*

497) C. 6: *Nunc videndum est de propositionibus de hoc verbo „fit“ et aliis ei aequivalentibus, ut „producitur, generatur“. ..... Dupliciter aliquid dicitur fieri, generari vel produci; uno modo simpliciter, alio modo secundum quid. ..... Sicut propositiones de „incipit“ exponuntur per plures categoricas, ita similiter propositiones de istis verbis „fit, factum est, fiet“. ..... Multa autem essent hic dicenda de expositione dictorum verborum, sed illa magis spectant ad philosophiam et supponunt aliqua, quae non pertinent ad logicam.*

Denn derselbe ist in Spitzfindigkeit des Eintheilens, in Casuistik aller Eventualitäten, und in unablässiger Erörterung zahlreichster Sophismen der extremste von Allen, und zugleich beruhen diese seine Eigenschaften doch wieder nur auf dem Studium und der Benützung einer fast endlos reichhaltigen Litteratur seiner Zeit, aus welcher er häufig die bunteste Menge verschiedener „*opiniones*“ anführt, deren Vertreter uns späten Epigonen in der That grösstentheils selbst dem Namen nach unbekannt sind. Seine Thätigkeit erstreckte sich über das Gebiet der Logik hinaus, da er auch zu anderweitigen Hauptwerken des Aristoteles Commentare verfasste, und er gehörte somit durchaus nicht zu den einseitigen „*moderni*“, sondern zog, wie diess die später sogenannte „*via antiqua*“ that (s. Abschn. XXII, Anm. 83), zugleich auch die Realien der Philosophie in den Umkreis seiner Beschäftigung[498]). Für uns hier kommen nur seine logischen Schriften in Betracht, nemlich: ein Commentar zur zweiten Analytik[499]), eine „*Logica magna*“[500]), ein kleines Compendium, welches bald als *Summulae* bald als *Logica* bald unter anderem Titel gedruckt wurde[501]) und allerdings grösstentheils nur ein Auszug aus der *Logica magna* (in veränderter Reihenfolge) ist, zugleich aber sich mehr der üblichen Schul-Tradition anschliesst[502]), ferner unter dem Titel „*Quadratura*“ eine Erörterung von Sophismen nach vier Gesichtspunkten geordnet[503]), und ausserdem „*Sophismata*“[504]).

---

498) Er commentirte *Arist. phys. ausc., de gen. et corr., de anima, Eth. ad Nic.,* und verfasste eine *Summa philosophiae naturalis.*

499) *Pauli Veneti expositio in libros posteriorum Aristotelis.* Venetiis 1477 u. wieder 1481 u. 1491. fol. Jedoch näher auf diese Schrift einzugehen, ist nicht nothwendig, da sie nur eine fleissige und distinguirende Erläuterung des aristotelischen Textes ist, welche häufig an Lincoln und Aegidius anknüpft (s. Abschn. XVII, Anm. 334 ff., und vor. Abschn., Anm. 358 u. 390).

500) *Logica magna Pauli Veneti.* Am Schl.: *Pauli Veneti .... opus, quod magna logica appellatur correctum per mgstrum Franciscum Macerata et fratrem Jacobum de Fossano. ..... Impressum Venetiis ..... impensis Octaviani Scoti* 1499. fol.

501) Mir kamen folgende sieben Drucke zu Gesicht: *Logica Pauli Veneti. s. l. s. a.* 4. *Pauli Veneti summulae incipiunt*; am Schl. *per Gulielmum Tridinensem de Mont. fer. Venetiis.* 1488. 4. *Tractatus summularum logicae Pauli Veneti*; am Schl. *Venetiis per Petrum Bergomensem.* 1498. 4. *Pauli Veneti summulae cum commentariis Menghi Faventini ..... ac quaestionibus eiusdem;* am Schl. *per Franciscum de Macerata revisa. Venetiis per Otinum de luna papiensem.* 1498. fol. *Logica Pauli Veneti etc. Venetiis* 1559. 8. Ebenso ebend. 1563. 8. u. 1580. 8.

502) Die Anordnung nemlich ist hier folgende: *Tract. I: Terminus, Propositio, Praedicabilia, Praedicamenta* (diese beiden fehlen in der *Logica magna* gänzlich, bieten aber auch hier Nichts bemerkenswerthes dar), *Syllogismus. Tract. II: Suppositio, Ampliatio, Appellatio. Tract. III: Consequentiae. Tract. IV: Terminorum probationes* (was diess sei, s. unten Anm. 512 f. u. 522 ff.). *Tract. V: Obligationes. Tract. VI: Insolubilia. Tract. VII:* Einwürfe gegen *Tract. I* und deren Widerlegung, und ebenso *Tract. VIII* Einwürfe gegen *Tract. III.*

